BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
30 D
3

M

14
13-a
13

HIERONYMI SAVONAROLAE
ORD. PRAED.

OPVS EXIMIVM, ADVERSVS diuinatricem aſtronomiam, in confirmationem confutationis eiuſdem aſtronomicæ prædictionis, Ioan. Pici Mirandulæ Comitis, ex Italico in Latinum tranſlatum.

Interprete F. THOMA BONINSIGNIO Senenſi eiuſdem Ordinis, et ſacra Theologia in Academia Florentina publico profeſſore.

Ab eodem Scholiis, Adnotationibus, atque Indice illuſtratum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Accedit eiuſdem interpretis Apologeticus, aduerſus huius operis vituperatores.

FLORENTIÆ. M D LXXXI.

Apud Georgium Mareſcotum.

Cum licentia Superiorum.

12-30-P3

CL'ARISSIMO VIRO IOANNI *ACCIAROLO.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F. THOMAS BONINSIGNIVS *Ord. Præd. S. D.*

HIERONYMI Sauonarolæ Spectatæ virtutis viri opuſculum aduerſus impias mathematicorũ prędictiones, quod in tenebris ferè deliteſcebat, & à paucis agnoſcebatur in Romanæ linguę lucem reuocare curaui. Cui pręter complures adnotationes, locorumq; inſignium ob-

obſeruationes, pro pia auctoris intentione vindicanda, ſanctoq; ſuo instituto, conſilioq; tuendo, apologeticum etiam propter obloquutores præpoſui. Id ſi pro rei ſum dignitate aſſequutus, gaudeo plane mihi, tibiq; vero gratulor, Ioannes doctiſſime, quem vnum huius mei ſuſcepti laboris arbitrum, patronumq; delegi. Conſentaneum quippe erat, libellum adeo inſignem, tantaq; doctrinæ vbertate manantem tibi dicare, qui præter generis nobilitatem, & egregias animi tui virtutes, diuinarum, humanarumq; rerum cognitionem, nullo penè tradente, ſola ingenij tui acrimonia, atq; pręſtantia, mira fœlicitate, celeritateq; comparaſti. Quem etiam chriſtianæ pietatis, religioniſq; amatorem, cultoremq;

ſem-

ſemper agnoui. Vt prętereàm magna erga me dilectionis tuæ argumenta, ac mirificam, qua me ſæpius ornaſti beneuolentiam. Qua de re, me, omniaq; mea ſtudia in te referre iure debeo. Vale.

INDEX MEMORABILIVM DICTORVM, QVAE in Opere continentur.

OTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A

ABRAHAM *non fuit aſtrologus diuinator, nec Moyſes. pag.* 42
Abrahæ iudei error 122
Albumaſaris ridiculū aſſertū 112
Albumaſaris, & Abraham iudei errores de Chriſti fide 114
Aliacenſis error de Eccleſia 115
Ariſtoteles de aſtronomica diuinatione nihil dixit 55
Ariſtoteles à Hieronymo laudatus 70
Arnaldi Hiſpani ſtulta opinio de Antichriſto 70
Aſtrologi ſub diuinatoribus continentur 38
Aſtronomica diuinatio religioni chriſtianæ pernicioſa 40
Aſtronomica diuinatio patrum dictis reprobatur 43 & 44
Aſtronomorum inſania de Chriſto 48
Aſtrologi diuinatorum principes 54
Aſtrologia diuinatrix neque ars neque ſcientia dicenda eſt 54

34

Aſtronomica diuinatio ab Aegiptiis, & Chaldeis profecta 57
Aſtrologorum inopia, & miſeria 60
Aſtrologia vera quæ ſit 64
Aſtra ſunt eiuſdem naturæ cum cœlo 75
Aſtrologorum reſponſio, quod homines ſenſui parent inualida 83
Aſtrologi ad experimentum confugiunt 89
Aſtrolabium perfectũ inuenire ferè impoſsibile 103
Aſtrologorum ignorantia circa ea quæ sũt fidei 114
Aſtrologi ſex religiones conſtituunt 116
Aſtrologi quare vera prænuntiant 129
Aſtronomorum diuinatio caſui tribuenda eſt 130
Auguſtinus diuinationem reprobat 42
Auerroes, & Auicenna aſtronomicam diuinationem reiiciunt 56

B

BARBARI homines diuinationẽ ſectati sũt 57
Beati in diuina eſſentia cognoſcunt ordinem vniuerſi, & illius cauſas, ſed non futura 47
Beati addiſcunt aliqua de his, quæ in Eccleſia militanti fiunt. 47

C

CANONES diuinatricem aſtrologiam damnant 48

Cau-

Cauſarum varietas in effectibus producendis 62
Cauſa particularis, & vniuerſalis, quæ ſit 71
Caſualia & fortuita ſcientiæ non ſubſunt 67
Cœleſtium vana obſeruatio ſacris canonibus prohibetur 50
Cœlum eſt cauſa vniuerſalis 69 & 72
Cœlum ſimplex corpus, ſimplici gaudet virtute 73
Cœlum motrice intelligentia indiget 74
Cœlum agit in inferiora lumine, & motu 74
in Cœlo nulla qualitas præter lumen 74
Cœlum & ſydera non ſunt ſigna futurorum 76
Cœlum à philoſophis non perfecte cognitum 78
Cœlum licet haberet peculiares virtutes non iuuat ad futura cognoſcenda 79
Cœlum mediis particularibus efficientibus agit 79
Cœlum non præeſt intellectui, nec libero arbitrio 82
Cœli exigua cognitio 87
Cœlum ſolo viſu ſentitur 87
Cœli influxus incogniti, etiam ſi corpora noſtra tangerent 88
Cœleſtis influxus experimentum haberi nõ poteſt 89
Cœlum ſphericum 91
Cœlorum numerus incertus 95
Cœlũ chriſtallinũ nulla efficaci ratione probatur 95
Cœlum empireum ignoratur ab aſtrologis 96
Cœlum ad malum non inclinat 111
Cœlum in errorem non inclinat 120
Chriſtiana vita nulla melior 119
Chriſtus noluit à dæmone laudari 132

b 5

Conceptionis punctum magis quam natiuitatis aſtrologos iuuaret 105
Conceptionis, & natiuitatis punctum ſcire aſtrologos non iuuat 105
Cognitio vniuerſalis eſt confuſa 80
Cognitio vniuerſalis non ſufficit ad futurorum præcognitionem 81
Coniunctiones magnæ aſtrologis minime facere 113

D

DÆMONES *omnia naturalia & ſyderum curſus perfectiſsime cognoſcunt* 45
Dæmones inſtinctu aſtrologi vera quandoque prænuntiant 46
Dæmones quõ futura cognoſcunt & prædicunt 46
Dæmones aſtronomorũ phantaſiæ ſe immiſcent 130
Dæmones quandoque ab Angelis inſtruuntur 131
Dæmones quando futura noſcunt 131
Dæmonum familiaritatem habere non licet 132
Dæmones omnia quæ agunt in malum referunt 133
Deo omnia per æternitatem nota 36
Dicterium Apollonei templi 130
Diuerſitas effectuum à cœlo non pendet, ſed à propriis cauſis 72
Diuinatores qui dicendi 37, & 125
Diuinatores ſacra ſcriptura vituperat 38
Diuinatoris gratia iraſcitur Deus hebræis 39
Diuinatio ciuilibus legibus damnatur 51

Diui-

Diuinatores à Romanis Vrbe pellebantur 52
Diuino afflati ſpiritu tantùm futura prædicunt 56
Diuinatio eſt incerta etiam quòd futura in cœlo ſcri pta ſint 8
Diuinatio falſa cognitis etiam diſtincte cœleſtibus qualitatibus 91
Doctores aſtrologiam contemnunt 32

E

ECCLESIASTICA *à cœlo minime reguntur* 41
Elementorum varias complexiones diuerſæ ſequuntur proprietates 90
Ens per accidens quid ſit de quo non eſt ſcientia 65 66
Ens per accidens non habet cauſam 66
Ens per accidens refertur in cauſam intellectualem 67
Experimentum nullum præter lucis à cœlo peti poteſt 89
Experientia certiſſima cognitio 124

F

FERDINANDVS *Hiſpaniæ rex iudæos à ſuo regno expulit* 115
Fides Chriſti ſemper fuit 119
Figuræ cœleſtes fictitiæ & inutiles 76. 109.

Fi-

Figura non eſt actiua 77
Figuris cœleſtibus plurimum nituntur aſtrologi 101
Futura prædicere ſoli Deo conuenit 36
Futura contingentia à nulla creatura cognoſci niſi in cauſis 36
Futurorum à Deo prædictio eius prouidentiam indicat, & veritati fidei atteſtatur 39
Futura in cœlis non ſunt deſignata, nec expreſſa 47
Futura quomodo ab intellectu percipiantur 61
Futura contingentia non habent determinatam veritatem 68

H

HORA *eadem nati moribus, & futura diuerſi* 104

I

INCERTA *opinio de mundi exordio* 113
Intellectus fons & origo libertatis 82
Intellectus quare non ſit actus corporis 82
Inſtrumentum duplici virtute conſtat 74
Ioannis Pici Mirandulæ Comitis laudatio 32

L

LIBERVM *arbitrium etiam ſi cœlo ſubdatur vana eſt nihilominus aſtronomorũ diuinatio* 85

Li-

Libri aſtrologorum ad prædicendum parum vtiles 97
Lux temporum diuerſitatem efficit 124

M

MANLII aſtrologi ridiculum 101
Martem bilem excitare tradunt aſtrologi 129
Mercurium Chriſtianæ religioni aſtrologi præficiunt 118
Mercurium Deorum bibliothecarium aſtrologi faciunt 118

N

NATVRALIA magis ordinata, quàm humana 73
Natura vno modo agit 100
Natiuitatis punctum inuenire impoſſibile 103
Natura certius arte operatur 107
Notoriæ artis vanitas 134

O

OBSERVATIONES vanæ aſtrologorum pag. 134

P

PERSICI maris agitationis cauſa 127

Plato

Plato Pittagoras, & alij magni philoſophi de aſtronomica diuinatione nihil dixerunt 55
Principes aſtrologiam ſectantes infelices 108
Ptolemæus exiguam philoſophiam in ſuis libris demonſtrat 58
Ptolemæi error de terræ humiditate 59
Ptolemæi ſtultum aſſertum 112

R

RVSTICI *paſtores, & alij quomodo temporum conditiones prædicunt* 126

S

SACRA *doctrina chriſtianæ religionis fundamentum cuius auctor eſt Deus* 35
Scientiæ acquirendæ modus à Deo inſtitutus 135
Senſus cognitionis principium 86
Senſus non cognoſcit futura 61
Stellæ paucæ ab aſtrologis notæ 96
Solis motus in Zodiaco octaui orbis variationem gignit in inferioribus 98
Sol occidens nubibus obtectus pluuiam indicat quare 122
Stellæ ſunt eiuſdem naturæ 123

V

VNA *fuit antiquorum fides, & religio, qua & noſtra* 117

Z

ZODIACVS *primi orbis diuerſus à zodiaco octaui* 97
Zodiacorum difformitas ſciri non poteſt 98
Zodiaci imagines ad quid deſeruiunt 102.

FINIS.

08

Errata ſic corrige.

prædicandi	prædicendi	18
tam	eam	32
Bas.	Ambros.	44 in marg.
colore	colere	49
forietur	ferietur	52
is	iis	64
Ariſtoteles	Ariſtotelis	64

APOLOGETICVS INTERPRETIS,

Pro Tractatu HIERONYMI SAVONAROLAE aduerſus Aſtrologos.

IN admirationem legentiũ animos trahere fortaſſe poterit, operis huius aduerſus diuinatricem Aſtronomiã in latinum idioma verſio, quod multo ante tempore à Hieronymo Sauonarola viro doctiſſimo italicè ſcriptum fuit. Quandoquidem illius propoſito, inſtitutoq; ex aduerſo ire videar; vt qui charitate vrgente, pro ineruditis, imperitiſque (quemadmodum ipſe teſtatur) aperta, facili ſinceraq; locutione libellum ediderit, ac pro inde vulgari ſermone vſus eſt: ne cum Ioanne Pico uiro ſui temporis quàm eruditiſſimo, qui ſanè libros duodecim aduerſus Aſtrologos magna dicendi copia, & doctrinæ vber-

tate compoſuerat emulatione quadam contẽdere videretur. Verum ſi huius mei ſuſcepti laboris rationem expoſuero, omnis prorſus ex hominum mente recte, ſobrieq́; ſentientiũ admiratio elidetur. Pluribus nanq; de cauſis ad opus hoc inſigne latinitate donandum adductus fui, vt prætereã, quòd multis etiã amicorum hortamentis impellebar. Quanquam etenim, & orationis claritate, & verborum lenitate, peruium, lateq́; patentiſſimum cuiuis etiam in diſciplinis parum verſato libellulus ille ſeſe offerat, nihilominus ſapientes quoq;, doctiſſimiq́; magnam in eo doctrinæ vim reconditã animaduertent, immenſumq́; veritatis theſaurum ſumma cum voluptate comperient, ac ſub humili dicendi modo, veluti ex abditis terræ fodinis veræ ſapientiæ aurum colligent, vt illud de illo non iniuria affirmari quoquo modo poßit, quod de canonica ſcriptura à Gregorio ſcriptum accepimus, in qua ob ſui eminentiam, maieſtatemq́; maxima cum lenitate, atq; dulcedine coniunctam, & elephas, & agnus pariter natare valeat.

In Prologo libri Moraliũ.

Ea fuit hominis illius in diuinorum explicatione,

tione, arcanorumq́; reſeratione mira fœlicitas, præter cæteras è cœlo ad illum delapſas virtutes, vt doctrinæ eximiæ celſitudinem, ſublimitatemq́;, tum audientium auribus, tum legentium obtutibus, dilucidam, conſpicuam, & quàm iucundiſsimam reddiderit, atq; repræſentauerit. Qua in re excellere purcherrimum puto, ſi magna, atq; excelſa, humilibus ſuaui quodam temperamento ſocientur. Id quod in opuſculo hoc Sauonarolæ obſeruare doctiores poſſunt, in quo certè cõpendioſa, familiariq́; oratione, tum ex philoſophiæ viſceribus, tum ex diuinarum ſcripturarum fontibus, omnia ea deprompta ſunt, quæ pro ſacrilega aſtronomorum diuinatione confutanda, à quouis pio, catholicoq́; deſiderari poſſunt. Quamobrem & ſi pia auctoris intentione vernacula lingua liber in lucem prodierit, ob ſubiectam tamen illius materiam latini ſermonis ſplendore ornanda erat, tum ob rei de qua agitur grauitatem, tum propter argumenti ſubtilitatem, præter id quòd ordinis ratio, diſpoſitio, modus, diſtinctio, hoc exigebat. Accedit præterea publicæ cauſa utilitatis, cui ſanè cõ

ſulere maxime debemus, ac proinde doctrina ad communem hominum vtilitatem relata communi etiam voce, quæ latina eſt, repræſentanda erat, vt exteræ quoq; nationes ea potiri queant, quemadmodum & non nulla præſtantiſsimi huius auctoris volumina Romanæ linguæ luce illuſtrata fuerunt. Quòd ſi pro rei dignitate, ea vocum germana proprietas, & linguæ candor in huiuſmodi translatione obſeruatus minus erit, non temeritatis quiſquam me inſimulet, aut arrogantiæ arguat, ſed voluntatis meæ obſequium grato animo ſuſcipiat, indulgeatq; pariter, ſiquid barbarè, aut minus comptè dictum offendat. Sunt nanq; quædam in ſcholaſticis diſciplinis duriuſcula, quæ vix Romanæ linguæ puritate veſtiri, aut liniri verborum lenitate poſſunt, ſi obſcura oratio fugienda eſt. Sed iuſtitiæ, veritatiſq; amor ad huius operis lucubrationem ſummè me impulit, atq; inflammauit, vt illius nẽpe occaſione doctrinam hanc ſolidam, & inconcuſſam luceq; & naturali, & diuina vndiq; radiantem à nonnullorum calumniis, atq; oblocutionibus vindicem. Qui quidem

re non integre perſpecta ratiocinationes aduerſus huiuſmodi diuinatores irridēt, ac nihili prorſus faciunt, aiuntq́; Sauonarolam, & Picum contra iudiciarios Aſtronomos, qui futuros euentus ſobrie, prudenterq́; ab aſtris expectant, nihil penitus concludere, aut euincere; multaq́; aſſerūt eos Aſtronomis falsò imponere, quæ certe ipſi minime ſomniāt tantum abeſt, vt excogitent. neq; futurorum prædictiones ab ipſis expoſitas ſacris aduerſari eloquiis, aut dogmatibus, cum veri Aſtrologi (inquiunt ipſi) fati neceſſitatē non ponant, nec cūcta in cœlis præuideri poſſe putent, neq; earum, quæ præuident particulares differentias cognoſcere credant. Ea etiā quæ cœlum oſtendit futura, diuinæ voluntati ſubiiciunt, vt quædam euenire extra omnem cœlorum ordinem Deo ſic diſponente, affirment. In quibus ſane, quoniam plurimi Aſtrologi turpiter lapſi ſunt, idcirco à pontificiis ſanctionibus, decretiſq́; meritò damnantur. Hæc ſunt quæ in ſui defenſionem Aſtronomi proferunt. Quibus profectò adiungi poſſunt. D. Thomam verita- p. p. q. 115. & 116. & 22
tis propugnatorem acerrimum, qui non tan-

q. 95. ar. 5. & 3. lib. contra gētes c. 4 vſque ad cap. 92.

tum Theologus abſolutiſſimus, ſed & philoſophus grauiſſimus fuit, aſtronomicæ diuinationi non parum ſuffragari videri. Docet nanq; innumeris ſuæ doctrinæ locis, cœlũ in hominis intellectum, atque voluntatem agere indirecte tamen quatenus corpus afficit, quibus planè animus naturali ſocietate colligatur, atq; in actionibus obeundis corporeo vtitur adminiculo, quò fit, vt cœli virtus, & impreſsio illum atq; mentem quoquo modo attingat, in eoq; vim exerat ſuam. Quin & tertio aduerſus gentes libro, cœleſtium corporum impreſsiones ad electiones diſponere aperte demonſtrat, & quòd ex diſpoſitione relicta à corpore cœleſti in corpore noſtro, dicitur aliquis non ſolũ bene, aut male fortunatus, ſed etiã bene natus, aut male; ſubditq; præterea, hominem, tam in eligendo, quàm in exequendo ea quæ eligit, non ſolum à Deo, & ab angelis, verũ etiam à corporibus iuuari cœleſtibus. Non aſpernatur inſuper D. Thomas aſtrologorum dicta, quæ etiam veneranter ſuſcipit, cum & ſuas aſſertiones Ptolemæi auctoritate ſæpe confirmet, tum eodem libro contra gen-

cap. 92. & op. 25. c. 4.

cap. 84. 85. 86.

tes,

tes, tum alibi. Et in expoſitione Iob cap. 3 accipit aſtrologorum dictum, vbi habēt natiuitatem hominis in die meliorem eſſe, natiuitate in nocte. Sed quod maxime aſtronomis fauere videtur, verba ſunt. quæ habet in expoſit. quinti libri Polit. Ariſt. inquit enim. Contingit eſſe aliquos, quos ex natiuitate, & figura cœleſti in hora natiuitatis impoſſibile, hoc eſt difficile eſt fieri ſtudioſos, & bonos. ſūt.n. aliqui qui ex diſpoſitione naturali, quā acquirūt ex figura cœleſti, in principio inclinantur ad turpia, & ea quæ præter rationem ſunt; alij autē, qui ex diſpoſitione naturali inclinantur ad honeſta, & quæ ſecundum rationem; talem enim inclinationem ad honeſta, vel turpia cauſari ex figura cœleſti neceſſe eſt dicere, quanuis neceſſitatem non imponat in his quæ habent operari ſecundum intellectum. Hæc ille ad uerbum. Verum, vt quod in re tam graui ſentiam, libere dicam. Ego perſuadere mihi nunquam potui, neq; in eam cogitationē adduci, vt credam Picum, Sauonarolam, cæteroſq; ſummos viros veram, atq; legittimam aſtrologiam damnare voluiſſe. Qua

Lect. 13. partic. 2.

cum ſit vna, ex diſciplinis atq; ſcientiarum albo deſcribatur, ac proinde intellectum noſtrum perficiat, confutari, aut vituperari certe iure non poteſt; Cuius planè laudes ab ipſo Platone libro VII de rep. & in Epinomi recenſentur, non tantum, quia oculos, & animum ſurſum attollere cogit (vt Platonis verbis vtar) verum ob ingentes quas hominibus vtilitates affert, cum, & rei militari, & agriculturæ, medicinæq;, atq; nauigationi plurimum ſubſeruiat, vt poſt Platonem Auguſtinus docuit. Qua ſi vere ſapienterq; vtamur, in nullam ſuperſtitionis labem incidemus, ſi futuros effectus ex illa prædicere temperate attentemus. Qua in re Ptolemæus ipſe, quem Aſtronomorum principem faciunt, in Quadripartito quod legitimum eius opus non dubitant, prudentiſſimè, ſummaq; circumſpectione ioqui videtur. Qui ſane, cum in operis prohemio vtilitatem, quam ex futurorum præcognitione per aſtronomiam capere homines poſſunt, tum corporis, tum animi contemplatione declaraſſet, & futurorum præuiſionem animũ componere, & moderari meditatione ab-

Libro 7. de Repub.

ſentium

ſentium, tanquam præſentium, & præparare ad ſuſcipienda venturा, cum tranquillitate, & conſtantia dixiſſet, ne quis ex ſuperioribus, fatali, ineuitabiliq; neceßitate vrgeri, aut compelli homines exiſtimaret, ſubiungit verba hæc grauia quidem, & ſapientißima. Ait enim. Non autem exiſtimandum eſt, omnia à ſupernis cauſis in res humanas deriuari, tanquam inuiolabili, & diuino quodam edicto propoſito ſingillatim, vt nulla vis obſiſtere quin ita illa graſſentur valeat. Nam ipſe quidem cœleſtium corporum motus ſempiternus eſt, & procedit diuino, & inuariabili ordine, & lege. Inferiora autem mutationibus ſubiiciuntur, de ſuperioribus quidem, & primis cauſis, ſed accidit hoc illis per conſequentiam legis, & ordinis naturalis, & variabilis. Et paulo poſt ſubinfert. Quòd ſi ea quæ hominibus euenire debent ignorata fuerint, aut ſi præuiſa neglecta tamen, aut dubiè ſeriem illius primæ naturæ ſequuntur, præuiſa autem, & ſortita curam, naturaliter, & fatali etiam lege, aut auertuntur penitus, aut leuiora efficiuntur. Quibus

Ptolemæi uerba.

ſane

ſane verbis, quàm continenter, quàmque caſte de futurorum prædictione ſenſerit cuiuis purgatæ menti perſpicuũ eſſe poteſt. Quemadmodum igitur in moralis virtutis adeptione mediocritate qua à vitioſis extremis diſcedimus opus eſt, ſic & in veritatis aſſecutione extremæ opiniones fugiendæ ſunt prorſus, vt ſinceræ puræq; veritatis candor eniteat. Quamobrem chriſtianæ religionis zelo nonnulli permouentur aduerſus quorundam aſtrologorum lethiferos, peſſimosq; errores, qui voluntatem humanam cœlis ſubiiciunt, qui cuncta ex motuum cœleſtium neceſſitate euenire, vt religiones etiam à cœlo eſſe moliuntur, aut etiam viribus cœlorum adeo cohærent, ut omnes operationes illarum diſpoſitione metiri putent. Aduerſus huiuſmodi portenta validiſſimis rationibus inſurgunt Picus, & Sauonarola. Quòd ſi forte quibuſdam vere doctis videatur plus nimio aduerſus aſtrologos in vniuerſum eos ſæuire, & aſtronomicam facultatem abſq; diſcrimine, atq; delectu penitus confutare, Ptolemaiq; dicta etiam mordere: hic velim lectores æquos ſe præbere, & omnia

æqua

æqua lance librare, boniq́; conſulere, & illorum hominum, qui ætatem illam cum aliis compluribus illuſtrarunt, erga chriſtianam religionem, pietatem intueri, qui cum animaduertiſſent, quàm plurimos homines mathematicis abuti diſciplinis, & futura prænoſcendi curioſitate nimia ducti in diuinatricem ſuperſtitionem, in qua ſpirituum immundorum operatio, vt plurimum ſe immiſcet, quemadmodum Auguſt. docet de facili ruere, et prolabi, aduerſus huiuſmodi nepharios, temerarioſq́; vates adeò excanduerunt, vt totam diuinatricem facultatem funditus euertiſſe velle multis videatur. Idq́ue ſcite ſapienterq́; actum eſt. Nam quemadmodum in expellendis, profligandiſq́; vitiis in extremum alterum derepente ſtatim properandum eſt, quò mediocritatis punctũ, vbi veræ virtutis ſedes eſt, facilius attingatur, quod & Ariſtot. exemplo virgæ curuæ cõmonefacit, quæ in aduerſam partem vi quadam detorquenda eſt, vt recta tãdem euadat, ita nemini mirum eſſe debet, aut perperam factum, ſi auctores magni in alicuius vitiï vituperatione, aut execratione,

Libro 2. ſuper gẽ. ad lit.

Lib. 2. Etic.

ne, aut falſi dogmatis confutatione in contrariam ire partem videantur, non quòd certè extremum hoc illis probetur, ſed vt recti ſenſus, veritatiſq; linea attingatur. Quod & in Auguſtino obſeruare valemus, qui cum Manicheis cōgreſſurus ad Pelagianos contrariæ hæreſeos inuentores diuertere videtur, ſicuti aduerſus Pelagianos diſputationem inſtituens, Manicheo dogmati hærere apparet. Idem in Pico, & in Sauonarola intueri poſſumus, qui chriſtianæ religionis amore flagrantes, cupienteſq; à diuinatrice illa impietate homines auertere, omnem prædictionis vim atq; efficacitatem de medio tollere viſi ſunt. Quod certe vitio illis dandum non eſt, neq; temeritatis nota vlla eſt eis inurenda, quaſi aſtronomicam veritatem euertere voluerint, & ſobrium, temperatumq; iudicandi, prædicendiq; modum à ſublimibus, diuiniſq; corporibus damnauerint, quemadmodum neque Thomas improbat, neque Auguſtinus ipſe, qui iudiciariis mathematicis infeſtus eſſe ſolet. Is etenim libro V. de Ciu. Dei ita ſcripſit. Non vſquequaque abſurde dici poteſt, ad ſo

las corporum differentias afflatus quoſdam Ꝟalere ſydereos, ſicuti ſolaribus acceſſibus, & receſſibus. Siq; Ptolemæi dicta ab illis improbata quandoq; inueniuntur, crediderim ego in Ꝟerba potius à pleriſq; male intellecta, ne ex illis alij deciperentur, quàm in ſenſum legittimum inuehere. Quemadmodum, & Ariſt. contra Platonem de Ideis diſſerens, magis Ꝟerba praue ab aliis accepta redarguit, quàm ſenſum illius, qui ſane candidus eſt, atq; Ꝟeritati quàm plurimum conſentaneus, ſicuti quandoq; ego demonſtraui, Ꝟt nulla inter Platonem, & Ariſt. de hoc/lis ſit, quanquã maxima in illis appareat Ꝟerborum altercatio. Inficiari ſiquidem nõ poteſt, quin aliquando, & Picus, & Sauonarola in Ptolemæi ſententia explicanda eos ſectati fuerint, qui non ita recte, atq; ſincere de eius toto sẽſu iudicarũt, Ꝟt eſt illud in primo quadripartiti ſtatim fere poſt prohemium, Ꝟbi Ptolemæus habet, Lunam plurimum humectare, propterea quòd proxime terram fertur, Ꝟnde humidæ exhalationes exeunt, perinde ac Luna humore afficiatur, & elementares in illa qualitates con

7.lib. Met.t. c. 22.23.24. & infra.

ſtituat

ſtituat. Sed longe diuerſa eſt Ptolemæi ſententia in illis verbis, vt in hoc bene oſtendit Lucius Bellantius Senenſis, libro primo defenſionum Aſtrologiæ contra Picum. Nam aduerbium illud vnde, ſeu iuxta aliam trãſlationem, à qua, terram non refert, quaſi à terra luna ob illius propinquitatem humorem trahat, quem ſenſum Picus, & Sauonarola acceperunt, ſed lunam ipſam refert, vt hoc clare dicere velit, à qua luna, ideſt illius virtute humidi vapores eleuantur, à viſceribus terræ ad eius extremitatem, ac propterea ſubiecta corpora, & mollia reddit, & putrefacit. Hic eſt germanus verborum ſenſus. Quemadmodum etiam præfatus auctor Bellantius ad verum ſenſum partitionē illam ſcientiarū reducit, quam Ptolemæus ponit, & in Almageſto, & in Quadripartito, vbi ſcientiam diſtribuit in Theologiam, naturalem, & mathematicam, quam redarguunt Picus, & Sauonarola, ob falſum intellectum, quem forte verba præſeferebant. Sicut etiam alia pleraq; in medium afferri poſſent, breuitatis gratia prætermiſſa, quæ ab eodem ſatis congrue rectaq; ratione ex-

po-

ponuntur. Quanquam maior in eo in ſcribendo modeſtia deſideranda erat, ne Sauonarolam Hieronymum de chriſtiana religione adeo benemeritum, cuius virtutem tot homines admirantur, atq; extollunt, ſeductoris inſimulet, qui aſtuto (vt ait) conſilio opus hoc contra aſtrologos compoſuerit, propterea quòd ſingularis quidam aſtrologus Paulus Teutonicus falſi prophetæ, aduentum multis ante temporibus prænuntiauerit. Sed ab huiuſmodi impoſturis ſe continere poterat vir ille, alioqui doctus, & grauis, præclariuſq; ſecum actum fuiſſet, ſi his contumelijs candidiſsimum hominem non reſperſiſſet. Audiui etiam quoſdam aſſerentes ob eam cauſam Sauonarolam tam acriter aſtrologos fuiſſe inſectatum, quoniam à quodam aſtrologo igne comburendum intellexiſſet, ſicut etiã de Pico ferunt, quod immatura ſibi mors prænũtiata fuerit, ac propterea tam acerbe prædictionibus ſuccenſuerit. Sed hæc tanquam nulla auctoritate fulta facile contemnuntur. At præter ea, quæ pro horum excuſatione allata ſunt, illud etiam ſummopere eſt animaduertendum. Perdif-

ficilem

ficilem arduamque eſſe veræ prædictionis viam, vt vix recta ſemita in huiuſmodi iudiciis incedamus, ne in ſuperſtitioſam vanitatẽ labamur. Quod ex pluribus compertũ eſſe poteſt. Primum ex inferiorum cauſarum varietate, atq; inconſtantia, in quibus ſanè ipſa cœli virtus, licet in ſe ipſa vniformis, & conſtantiſſima, attamen mobiliter, fluxe, contingenterq; recipitur, ac proinde effectus ex illa quandoque minime conſequitur. Accedit aſtrorum imbecillis confuſaq; cognitio. Nam ex innumeris, quæ in cœlo conſpicimus, vix mille, & viginti notitiã Aſtrologi tradunt. eamq; imperfectam, et ſubobſcuram, quippe quia virtutum ſuarum, quas ex variis aſpectibus aut oppoſitionis, ſeu coniunctionis nanciſci poſſunt experimen-

1. Metap. in prohemio.

ta (è quibus philoſopho teſte omnis ſcientia omniſq; ars profecta eſt) nullus vnquam integre habuit, cum cœli curſus nondum ſemel completus ſit, quandoquidem octauæ ſpheræ motus proprius triginta ſex milium annorum ſpatio protenditur, cum quolibet centenario gradum vnum pertranſeat. Quibus ſane adiungitur inſtrumentorũ fallacia.

Vix enim fieri poteſt, vt perfectum omni ex parte abſolutumq; aſtrolabium inueniatur, quo habeatur verus cœleſtium motuum calculus. Ex quibus, aliiſq; etiam, quæ volens omitto, compertum eſſe poteſt, quòd ſi ex huiuſmodi diuinationibus veritas aliqua nõnunquã colligatur, tam debilis, tamque exilis eſt coniecturæ ratio, vt vix coniectura dicenda ſit, quemadmodum affirmat Cardinalis Caiet. Sed quòd maxime vrget, periculum eſt patentiſſimum, præſentiſſimumq; in futurorum prænũtiatione, ne dæmoniorum ſocietatem ineamus. Si quidem auctore Auguſtino. cum ab aſtrologis vera dicũtur iſtinctu quodam occultiſſimo, quem neſcientes humanæ mentes patiuntur, quod ad decipiendos homines, ſpirituum immundorum, & ſeductorum operatio eſt, quibus quædam vera de tẽporalibus rebus aſſerere permittitur. Qua quidem de cauſa frequenter aſtrologi vera præſentiunt, vt D. Thomas teſtatur. Vnde concludit Auguſtinus. Quapropter bono chriſtiano, ſiue mathematici, ſiue quilibet impie diuinãtiũ, & maxime dicentes vera cauendi ſunt, ne

22.q. 95. ar. 5.

2. ſuper gen. ad lit. ca. 15.

22.q. 95. ar. 5. ad 2.

cõſortio demoniorum animam deceptam pa-ᵭo quodam ſocietatis irretiant. Cum igitur exigua, atq; debillima futuræ prædiᵭionis cognitio habeatur, quæ etiam demoniacæ fallaciæ præſentiſſimo periculo ſit ſubieᵭa, nullus profeᵭo mirari debet, ſi à doᵭiſſimis, & vere chriſtianis diuinatio explodi-tur, reiicitur, & paruipenditur. Quorum planè inſtitutum, non tam ad illius artis vituperationem (cum, & legittimus ipſius vſus eſſe quandoq; licet raro poſſit) quã vt à demonum deecptione homines amouerent, illorumq; ſaluti proſpicerent. Talis certe

Vide Sauonarolam lib. 4. cap. 5. trium. crucis.

fuit Sanonarolæ ſcopus, & ſinis. An putandum eſt, hominem in D. Thomæ ſchola exercitatiſſimum, ea quæ D. Thomas de cœleſtium corporũ in hæc inferiora aᵭione, atq; in homines impreſſione exerte docet ignoraſſe? An non legit Sauonarola, ea quæ tam accurate, tamq; ſapienter ſcripſit Doᵭor ſanᵭus lib. III. cont. gentes, & alibi ſæpius de dependentia, quam ſub cœleſtia ad ſuperiora habent? In cuius ergo cogitationem cadere poterit, vt veram prædicandi rationem, quam à cœlo iure eſpeᵭare poſſumus

mus ipſe renuat, atq; reiiciat? Si quidem hoc eſſet in alterum extremum ruere, ſi aſtrologiam omnem, atq; prædicendi virtutem de medio prorſus tollamus. At germana veritas medium obtinet locum, vnde cœlo ſubiecta, à non ſubiectis prudenti conſilio ſecernamus, ac proinde quod præuideri, quidue non præuideri recta ratione videamus. Duo etenim rerum genera à cœlorum poteſtate actioneq; immunia ſunt. Alterum eſt hominis electio, quæ à libera ipſius voluntate proficiſcitur. Alterum ſunt quæ caſu, fortunaq; contingunt. Atq; de primo genere ſatis perſpectum eſſe poteſt, cum voluntas ob ſui altitudinem, ſpiritualitatemq; aſtris minime ſubiiciatur. De ſecundo vero extat peripatetica ratio, quæ ab Ariſt. pluribus in locis affertur, exactius autem lib. VI. primæ philoſophiæ, quam, & D. Th. tantopere magnifacit. T. c. 6. 7. 8. *eo quod illa entia per accidẽs ſunt (ſic enim appellant) quæ vero ex accidenti iunguntur per ſe vnam cauſam non habent, cum ens per accidens non ſit vere ens, atque vnum; Vt ſi dicamus per exemplum. Si me deambulante fit tonitruum, cum hoc*

ex accidenti, fiat cauſam naturalem vnam minime habet. Si quidem omnis naturalis cauſa ad vnum tantum effectum determinationem habeat. Quanquam ſi ad cauſam intelligentem referatur contingens illud, per ſe vtiq; cauſam habebit, diuinam nanq; prouidentiam, cui ſanè neque contingens quicquam, neque caſuale, fortuitumq; eſſe poteſt. Subsũt nihilominus cœleſti diſpoſitioni quæ caſu, quæq; fortuna eueniunt ſecundũ partẽ, quemadmodum docet D. Thomas libro III.

Cap. 92. *contra gentes. Vbi dicit. Poteſt eſſe quod ex inclinatione cœleſti inclinetur aliquis ad eligendum aliquid, cui coniungitur per accidens aliquod commodum, & ex alia inclinatione aliud, & ex tertia tertium, non autem, quòd ex vna inclinatione inclinetur ad omnia, hæc ille. Quòd ſi quis argute obiiciat. Nonne poteſt vtraq; pars cõtingentis ad plures ſimul cœleſtes referri cauſas, vt in exemplo propoſito cœlum ad ambulandum me impellat, & rurſus ad tonitruum diſponat? & cum in cœlo nihil caſu fortunaq; contingat, ſed per ſe, et ex neceſſitate ibi ſint omnia, totus ille effectus causã in cœlo per ſe habebit.*

Hic

Hic ſubtiliter animaduertere oportere, quòd licet cœlum interdum in ambas partes illius euentus ſimul vim, atque propenſionem agere poſſit, hoc tamen nulla neceſſitate efficiet, ſed ſola quadam inclinatione, & hoc propter naturam poſſibilis, ſeu potentiam contradictionis in iſtis inferioribus inuentã, quæ ſunt actionum cœleſtium materia, cœleſtiq; actioni præſuppoſita. Radix quippe contingentiæ ab ipſa materiæ diſpoſitione primò petenda eſt, quæ in cœlum non refertur, cum ab ipſo cœlo præſupponatur, eo modo, quo agens quodlibet materiam, ſubiectumq; in quod agit, ſupponit. In quo lapſus fuit Auicenna, exiſtimans contingentiã, ſeu cauſæ defectum in inferioribus inuentam per ſe cauſam in cœlo habere, ac propterea cuncta à cœlo neceſſario euenire. Et licet concurſus cœleſtis, ſiue ſydereus in ſe ſemper ſit neceſſarius, vt tamen ad hos effectus applicatur contingens eſt, cum mediis corporibus, quæ deficere poſſunt copuletur, & applicetur, in quibus quidem virtutis ſuæ limitationem, modum, atque menſuram ſuſcipit, ſicuti acutiſſimè demonſtrat Caietanus.

lib. 10. met. cap. 1.

1. q. 115. ar. 6.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Neque etiam obſtat ſi cœlum animatum poſuerimus, quæ ſanè ipſiſſima eſt Ariſtotelis ſententia, quam nec Auguſtinus, nec D. Thomas impoſsibilem reputant. ac proinde, quæ caſu fortunaq; eueniunt ad cœlum, intelligens relata, rationem hanc fortuiti, & caſualis minime habebit, quin præcogniti, atq; præuiſi. Quæ profecto ratio vrgeret etiam ſi cœlum anima careret, ſed intelligentiam tantum motricem iunctam haberet, non velut formam, quæ videtur communior ſententia, potiſsimum apud Theologos. Subſtantia quippe illa intelligens poſſet ſimul cœlum mouendo in totum effectum, qui per accidens dicitur intendere. Atque ideo ſi ad cœlum referatur, quatenus ex intelligentia, & orbe conſtituitur, caſualis, fortuitiq; rationem non habebit. Sed tamen ratio non ſequitur. Quoniam vt paulo ante diximus cœleſtium vis, & motio materiam horum inferiorum præexigunt, in qua ſuam exerunt virtutem, & ex qua limites modumq; ſuæ virtutis adipiſcuntur, cumq; ſubcœleſtia hæc ſuapte natura fluxa ſint, & variis, incertiſq; caſibus obnoxia, fieri minus poteſt,

Lib. 2. de cœlo tex. c. 13. & primo lib. Ethicorum. Auguſt. libro 2. c. gen. ad lit. cap. 17. D. Thom. 2. contra gẽtes cap. 70.

D. Th. p. p. q. 70. ar. 3.

vt

vt ex ſuperiorum actione, atque efficientia contingentes caſualesq; euentus auferantur, quanque ab intelligentia motrice ſecundum omnes ſui partes præuiſi fuerint, atque præcogniti. Et huic fortiſsimo, tanq; adamantino fundamento inniti debemus, ad contingentiam in hac noſtra ſublunari ſphera ſaluandam, vt à cæli neceſsitate illam eximamus. Eſt nanq; contingentiæ radix, ut prædiximus natura potentiæ in naturalibus inuenta, ab ipſo cœlo præſuppoſita, qua & in minori parte deficere poſſunt, & ſunt in potentia contradictionis, quemadmodum ab Ariſtotile accepimus libro primo Perihermenias, quanuis huius contingentiæ complementum ex cauſarum, quæ per accidens iunguntur concurſu proueniat, & hoc ſiue per accidens concurrat agens, & patiens, ſiue plura efficientia eodem modo ex accidenti caſu conueniant. Voluntariæ quoque actiones cœlo pariter ſubiiciuntur, quatenus ad hæc, vel illa eligenda propenſionem à cœlo habemus. Quapropter non ſunt in ſolam voluntatem referendæ, ſed in illam, vt à cœleſtibus corporibus mouetur, atque afficitur, circa ſi.ar.m.

in quibus exiſtunt huiuſmodi inclinationes. Quibus ſanè propenſionibus aliquis ad eligendum caſta impellitur, alter autem venerea, quidam naturalia, ille contra naturam, alter religioſa, alter ambitioſa. Quanquam ergo actiones noſtræ, vt à libera voluntate procedunt cœlo minime ſubduntur, attamen ut à corporibus noſtris quoquo modo pendent illi ſubiiciuntur. Vnde ſicut ſapiens dominabitur affectionibus, ſic & aſtris imperabit. Animaduertat itaque vir ſapiens, vt cum ad mala, vel ad pericula inſtigatur, huiuſmodi ſtimulis non inhereat, ſicut nec affectiones illas ſectetur. Cum autem ad bonum incitatur, ſi ratio non obſtat illa conſectetur, etiam ſi cauſam ignoret. Tunc enim ad bona à ſuperioribus cauſis quadam vi agitur. Concludamus tandem. Ex cœleſtibus futura per certitudinem prænoſcere vanum eſſe, atque ſuperſtitioſum, cum nulla ex cœlo neceſſitas immineat, at per coniecturam præcognoſci poſſunt, quandoquidem affectiones propenſionesq́; cœleſtium corporum effectus ſunt, conari autem ad cauſarum cœleſtium effectus cognoſcendos malum non eſt. Quod

qui-

quidem neque Picus, neque Sauonarola, neq; quiuis doctus negabit vnquam. Erraret itaque quicunque ab aſtris fidei ſacramenta, ſacra myſteria, & quæ naturam tranſcendunt quæreret. Erraret præterea ſi ex contingentibus rebus, quicquam exacta certitudine cognoſcere præſumeret. Sed & turpi quoque teneretur errore, quicunque electiones ſuas cœleſtibus, tanquam legibus ſubiiceret, vt vitæ, actionum, ſtudiorum, negociorumq; ſuorum regulam, normamq; inde peteret. Quo in errore verſantur vt plurimum potentes, principesq;, qui nihil fere abſque cœleſti calculo agere attentant, perinde ac cogitationum, operumq; ſuorum aſtrologiam aurigam directricem habeant. Qui certè error peior priore eſt. Ille nanq; rationem inficit aduerſus naturam, & gratiam, hic autem voluntatem contra naturæ, & gratiæ libertatem corrumpit. Quò fit vt illis tanquam ignorantibus indulgere poſſimus, hi vero duplici ſint pœna multandi. Quoniam ſcientes cœleſtia corpora nõ plus quàm affectiones noſtras poſſe, ſeipſos nihilominus corporeis turpiter ſubiiciunt, in captiuitatem

ſe redigentes non Chriſti, ſed diaboli, vt propheticum de illis enũciari valeat. Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

Pſal. 48. *Homo nanque ob rationis imperium corporea cũcta ſupergrediens in ampliſſimo eſt honore, vt pote finis omnium quodammodo exiſtens, qui ſi velit iſtis ſubiectus eſſe, & ſeruus eorum agit, quæcunque agit iumentis comparatur, quin & vilior efficitur, quandoquidem ea natura impellente non animi deiectione corporeis reguntur atque ſubduntur. Quapropter iuſto Dei iudicio ſimilis illis efficitur, eam de ipſo curam gerens Deus, quam de iumentis intellectu carentibus, quibus ſanè non ob illorum, ſed ob aliorum bonum vtitur, ac propterea dæmonibus, qui eiuſmodi ſunt gubernandi traduntur. At ſapientes cœleſtibus virtutibus, quas noſſe cupiunt, non tanquam legibus vtuntur, ſed optimo rationis iudicio, necnon diuinæ gratiæ lumine, atque ope fœliciter illis dominantur. Plura ſanè, quàm par erat, atque inſtituti ratio poſcebat dicta fortè fuerunt. Sed veritatis amor calamum*

ra-

rapido quodam curſu traxit. Legatur igitur libellus iſte Hieronymi Sauonarolæ pius, & doctus, ſedato animo, compoſitisq; affectionibus, ex quo ſopientiam, atque doctrinam, cum iucunditate, & utilitate coniunctam facile quiſque haurire valebit.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVLORVM QVÆ IN OPERE *Continentur.*

PROOEMIVM Operis.

TRACTATVS PRIMVS.

ASTRONOMICAM diuinationem à ſacris literis damnari Cap. I.
A ſacris Theologis diuinationem damnari. Cap. II.
Theologicis rationibus reprobari diuinatricem artem. Cap. III.
Canonicis legibus diuinationem damnari. Cap. IIII.
Ciuilibus legibus diuinationem confutari. Cap. V.

TRACTATVS SECVNDVS.

ASTROLOGIAM iudicatricem, atq; diuinatricem à naturali philoſophia reiici confutariq; demonſtratur, & primum ab excellentibus philoſophis. Cap. I.

Quem-

Quemadmodum per cauſas dignoſcuntur effectus, in quo fruſtra conatur aſtronomica diuinatio: Cap. II.

Ariſtotelis dictis aſtronomica diuinatio improbatur. Cap. III.

Confutatio reſponſionum, quæ ab Aſtrologis Ariſtotelis dictis dari poſsũt,& quo nã modo cœlum ſit cauſa vniuerſalis, non ſicut diuinatores fingunt. Cap. IIII.

Quod cœlum,ſideraq́; cauſæ ſint vniuerſales non particularia ſigna rerum inferiorum, quodq́; figuræ ab Aſtrologis in cœlo poſitæ fictitiæ ſunt. Cap. V.

Dato quodlibet aſtrum peculiarem habere virtutem, nihil ad diuinatricis aſtrologiæ veritatem conducere. Cap. VI.

Futurorum, quę ex libro pendent arbitrio ſignificationẽ à cœlo peti nõ poſſe. C. VII.

Diuinatricem aſtrologiam falſam, incertam, nulloq́; fundamento innixam, etiam ſi in cœlo futura ſcripta ſint,& ex neceſſitate ab ipſo pendeant. Cap. VIII.

TRACTATVS TERTIVS.

DIVINATRICIS aſtrologiæ falſitas omnimoda demonſtratur, & primum, fundamenta ſua omnia vacillantia eſſe probatur. Cap. I.

Vana

Vana ex natiuitatis puncto diuinatio accipitur. Cap. II.
Stultã eſſe obſeruationem punctorum aſtrologorũ in humanis actionibus. Cap. III.
Vanę aliquot opiniones, ſtultęq; aſtrologorum fallaciæ, vt ex his alię quoque percipiantur, eorumq; vanitas deprehendatur. Cap. IIII.
Aſtrologorum rationum, quibus ſuum probant errorem, ſolutio. Cap. V.
Diuinatrices artes vanas, & ab eccleſia ſancta reprobatas, damnataſq;, cum ſuis auctoribus, atque ſectatoribus. Cap. VI.

FINIS.

HIERONYMI SAVONAROLAE

EX PRÆDICATORVM ORDINE

In libros contra diuinatricem Aſtrologiam.

PROOEMIVM.

DVM mecum ipſe animo cogitarem, quantam chriſtianæ religioni perniciem afferat diuinatricis Aſtrologiæ vanitas, animaduertens homines plerunq; in altiori gradu conſtitutos eo maxime detineri errore, quorum exemplo, atq; imitatione ſubiecti quoq; aberrãt, multis annis elapſis in concionibus publice ad populum habitis, eam ſum acriter deteſtatus, euidentibuſq; rationibus reprobaui, oſtendens figmentum illud, ne dum ſacris aduerſari eloquiis, verùm futile penitus eſſe, atq; inane, nulla ſoliditate ſubſiſtẽs, neq; ſciẽtiæ nomine, Amos conc. 3. 12. 28. Quam bonus conc. 6. Exec. cõc. 15. 17. 32. 39. 43. Mich. conc. 9. 14. Exo. cõc. 9. 10. Lib. 4. Triũphi crucis c. 3

aut

aut artis dignum, ſed humanæ potius fallaciæ, dæmoniaceq; ſuperſtitionis. Cum autem in lucem prodierit Ioannis Pici Mirandulæ comitis liber aduerſus hos ſuperſtitioſos aſtrologos, illosq; legerim gaudio, ac triſtitia pariter correptus fui. Gauiſus ſum equidem, ob opus adeo vtile, chriſtianiſq; ſummopere neceſſarium his noſtris temporibus, in quibus, totus ferè orbis hac peſtifera fallacia inuoluitur. Triſtitia verò affectus ſum, hominem hac noſtra ætate vniuerſo terrarum orbi conſpicuum, ac celeberrimũ in ſuæ flore iuuentutis vita exceſſiſſe, cum opus illud inſigne perficere, & ſupremam. (quod aiunt) illi manum imponere minime potuerit. Verum tanta eſt libri illius adhuc non plene caſtigati, & vt ſui erat inſtituti penitus expoliti, atq; collimati in hoc genere præſtantia, & ſublimitas, vt qui eum ſedatis animi perturbationibus, & inuidiæ ſtimulis extinctis, ſtudioſe legerit, hominem hunc cum priſcis clariſſimis patribus iure conferendum, illiſq; minime ſecundum planè intellecturus fuerit. Et quanquam animo ſemper mihi ſedet, eum præ ceteris, quos nouerim, aduerſus leuem hanc vanitatem ſcripſiſſe eamq; efficaciſſime proſtrauiſſe, & veluti igni in cinerem reſoluendam, ventoq; diſpergendam tradidiſſe, huiuſmodi tamen confutatio haud fuit certè tanto auctore digna, quippe quia anilibus fabulis reſperſa, inuentores habens barbaros, indoctoſq;, non erat, cur à tanto viro, tanta doctrinæ vbertate, ingenij ſubtilitate, dicendiq; elegantia aduerſus tam di-

Ioan. Pici Mirandulæ Comitis laudatio.

diſceptatum fuiſſe. Cum igitur animaduerterem opus tam eximium, ab eruditiſſimis tantum, & in ſcientiis exercitatiſſimis deguſtandum iri, cuius tamen cognitio ineruditis magis neceſſaria eſſet, quandoquidem doctrina pollentes diuinatricem floccipendunt aſtrologiam, vbi literarum ignari ab Aſtrologis deluſi, huiuſmodi errore ſe occupari, inuoluiq́ permittunt, quod ille in hominum doctiſſimorum gratiam effecit, in imperitorum ego, vulgariumq́ opem ardenti animo facere conſtitui. Et quoniam ſapientibus aliter, aliter verò inſipientibus loqui oportet, non eſt certe propoſiti mei, librum illum ſuum in vulgarem vertere ſermonem, aut quicquid ille conſcripſit ſcribere pariter, ſeu ordinem ſeruare eundem, cum hoc imperitis minime conducibile foret. Conabor tamen, ea quæ altiora ſunt, ita humilia, ac ſuauia reddere, vt indoctis etiam, imperitisq́ peruia eſſe poſſint, his, quæ ille edidit, & addendo, & minuendo, prout debilioribus ingeniis vtilius eſſe videbitur. Aſtrologiam hanc diuinatricem, falſam, ſuperſtitioſam, chriſtianæq́ religioni aduerſam oſtendere ſemper curabo, vt ab eccleſia Dei ſeueriſſimis legibus penitus exterminetur, atq; à philoſophis deriſui habeatur. Breuitati quantum potero conſulens, vt eò libentius libellus iſte ab omnibus legatur, illiusq́ ratiocinationes intentius ponderentur. Primum igitur vanitatem huiuſmodi aſtronomicam, à chriſtiana doctrina damnatam, ſubinde,

Docti Aſtrologiam contemnunt.

Auctoris intentio.

Huius tractationis meminit Auctor libro 4. Triumphi crucis. c. tertio.

Tractationis ordo.

à naturali quoque philoſophia reprobatam, demum quantum vanitatis, fallaciæq́; in ſe contineat, demonſtrare propenens.

F. HIE-

F. HIERONYMI SAVONAROLAE

aduerſus Aſtrologiam diuinatoriam

Tractatus Primus.

Aſtronomicam diuinationem à ſacris damnari literis demonſtratio. Cap. I.

CHRISTIANAE religionis fundamẽtum ſacram eſſe ſcripturã, tàm noui, quàm veteris teſtamenti nullus eſt, qui ambigat. Quã quidem veriſſimã eſſe vſq; ad minimum apicem indubitatè tenemus, vt probemus ea, quę ipſa probat; quę verò ab ea reiiciuntur, à nobis quoq; refellãtur, quandoquidẽ eius auctor Deus eſt, qui mentiri certe non poteſt. Hoc autem in ſacris eloquiis compertiſſimum eſt; Res futuras, quæ nec à neceſſariis cauſis pendent, aut ab his, quæ ſuos ferè ſemper effectus pariunt, ſed ab incertis, ancipitibuſq;, quę & gignere, & non gignere poſſunt, aut quia ab

Auguſtin. in Epiſt. ad Hieronym.

D.Th,p.p.q. 1. ar. 10.

illis raro proficiſcuntur, aut quòd ex Dei voluntate, vel Angeli, ſeu libero etiam hominis arbitrio proueniunt à nemine, præterq̃; à ſolo Deo certò cognoſci, aut prænuntiari. Quapropter illa præcognoſcere, præuidereq; Dei munus eſt, & diuinitatis germana quędã proprietas. Quod & ratione comprobari poteſt. Cum etenim Deus purus ſit (vt aiunt) actus immutabilis penitus, infinit⁹, ęternus, rerumq; omnium, nulla tamen neceſſitate, ſed ſua intelligentia (veluti ędificator mente doinum præconcipiens) principium, & cauſa exiſtat, omne quod fuit, quod eſt, quodq; erit, ſuæ mẽti præſens eſſe fateri oportet, quandoquidem eius æternitas totum ambit, atq; complectitur tempus. Idcirco futura quęlibet, etiam minima dignoſcit. Quæ enim futura ſunt nobis, ſibi adſunt, præſentiaq; exiſtunt. Cum igitur nullum creatum ſit æternum, cùmq; omnis creata mens finitudinem habeat, & terminatam vim, ſuccedentibuſq; cogitationibus modo vnum intelligat, modo aliud, neq; totum temporis curriculum complecti valeat; nulli dubio procul creatæ intelligentiæ, quæ futura ſunt præſentia eſſe poſſunt, vt nec Angelus, nec homo futura, niſi in cauſarum vi, atq; efficientia perſpicere poſſit. Cum itaque plurimæ extent ancipites, indeterminatęq; cauſæ, quæ non in vnam magis

Sap. cap. 8. Eccl. cap. 39. Eſa. cap. 48.

D. Th. p. p. q. 14. ar. 8. & q. 19. art. 4. & 3. contra gen. c. 87. & 4. c. 20.

D. Th. p. p. q. 14. art. 13. & primo contra gen. cap. 67.

D. Th. p. p. q. 46. artic. 1. & contra gen. c. 34. & 37.

D. Th. p. p. q. 57. artic. 3. & primu contra gen. cap. 67.

gis

gis, quàm in aliam partem vi ſua inflectunt, atq; inclinant, fieri quidem minus poteſt, vt ab illis, eorum, quæ ventura ſunt certam cognitionem nanciſcamur, quanquam veritas aliqua ex eis coniectari poteſt. Quòd autem hæc futura ab huiuſmodi cõtingentibus cauſis prænoſcere, prænuntiareq; Dei proprium ſit, patere quidem poteſt. Quandoquidem pluribus ſacræ ſcripturæ locis increpantur hi, qui abſq; diuino lumine illa prædicere audent, falſi prophetæ, diuinatoreſq; nuncupati, diuinitatis ſibi proprietatem vſurpantes. Neq; enim diuinatores ij dicendi ſunt, qui ea quę à naturalibus cauſis ſuo ordine, aut ſemper, aut vt plurimum proficiſcuntur pręnuntiant, ſi quidem hoc humani ingenij vires non tranſcendit, vt id efficere homines iure non poſſint. Sed qui abſq; peculiari diuina illuſtratione futura prędicere pręſumũt, ea inquam, quę cauſam pręfixam non habẽt, quęque exiſtere, & non exiſtere poſſunt, potiſſimum quę in libero hominis arbitrio ſita ſunt, hi diuinatores in ſcripturis proprio nomine nuncupantur, cùm Dei munus proprium temere àttentent. Aduerſus quos pluribus in locis ſacra ſcriptura loquitur, in quorum numero, hi referendi ſunt aſtronomi, qui Aſtronomiæ partem diuinatoriam conſectantur. Nam & ſi aſtrologi nomen in ſcri-

Diuinatores qui.

D.Th. 22.q. 95.art.1.

Aſtrologi ſub diuinatorib⁹ comprehenduntur.

pturis nō reperiatur, hi tamē ab ipſa ſub diuinatorum augurumq; nominibus reprobātur, quemadmodum ex dicendiş patebit. Quapropter nulla de nomine eſt habenda queſtio, dummodo effectus ab ea reprobetur, ſicuti rei veritas habet. Et quoniam breuitati (vt diximus) ſtudere velle propoſui, loca omnia, in quibus diuinatores huiuſmodi ſcriptura deteſtatur, in medium non proferam. Sat autem erit aliqua afferre. Nam cum ad chriſticolas ſermonem habeamus, ſufficiet ſi etiam ſemel eos ſcriptura redarguit, atq; execretur, ſi quidem vnicum Dei verbum omnibus mūdi libris, humaniſq; rationibus auctoritate pręcellit. Inter ratiocinationes autem, quibus aduerſus idololatriam ſacra vtuntur eloquia, hanc potiſſimūm conſtituit, idola Deos non eſſe efficaciſſime concludentem, propterea quòd futura annunțiare non valent. Qua ſanè ratione vtitur inter alias Eſaias Dei perſonam gerens, ſic inquiens. *Annuntiate quæ ventura ſunt in futurum, et ſciemus quia Dij eſtis vos.* & rurſus. *Ego primus, & nouiſſimus, & abſq; me non eſt Deus. Quis ſimilis mei? Vocet, & annuntiet, & ordinem exponat mihi.* Quod autem futurorum ordinem intelligat, in verbis mox ſequentibus oſtendit, dicens. *Ventura, & quæ futura ſunt annuntient eis.* & iterum. *Prædixi tibi ex tunc, antequam venirent indicaui tibi, ne*

Script. ſacra cunctis rationibus præfertur.

Eſa. cap. 41.

Eſa. cap. 44.

Eſa. cap. 48.

forte diceres, Idola mea fuerunt hæc, & ſculptilia mea, & conflatilia mandauerunt. In quibus verbis futurorum prçuiſionem diuinitatis propriam eſſe clare ſignificat, neminemq; id, niſi diuina luce colluſtratũ efficere poſſe, alioqui illatio illa, etiam apud Dialecticum nullam vim habet. At Dei rationes inualidas, infirmasq; aſſerere, inſipientis eſt, atq; ab omni pietate alieni. Pluribus etiam in locis diuinationes ſcriptura deteſtatur. Inter quç apud Deuteronomium dicitur. *Non ſit qui phitones conſulat, nec diuinos.* Quapropter præter alia facinora, quorum cauſa iuſte Deus populo ſuo ſuccenſuit, hoc vnum fuit. Atq; idcirco inter cætera quæ ſcriptura affert, quare captiuitati, direptioniq; traditus fuerit iſraeliticus populus, hoc planè exprimitur, eò quod diuinationibus, auguriisq; inſeruiebat. Contra quos dicebat Micheas. *Confundentur diuini.* In ſcipturis autem, omnes qui futura cauſam à natura conſtitutã non habentia abſq; diuino lumine prçnũtiare prçſumunt, diuinatores appellantur, ideoq; inter illos aſtrologi, qui ventura nullo Dei ſpiritu prædicunt, iure annumerantur. Quemadmodũ ex dicendis luculentius patebit. Rerum præterea futurarum prçdictio diuinam erga hominũ actiones prouidentiam clare indicat, fidemq; pariter catholicam à Deo eſſe, quam tot antea ſe-

Deut. ca. 18.

Diuinationis gratia iraſcitur Deus. 4. R. 17.

Mich. cap. 3.

Pro hac ratione legendus eſt D. Tho. 3 contra gen. cap. 154.

Dei prçdictio fidei veritati atteſtatur.

culis prænuntiare fecit. Quòd ſi per aſtrologiam futura coniici poſſunt, ratio profecto huiuſmodi debilis admodum redderetur, & infirma nimis. Reſponderi nanq; poſſet prænuntiationem eorum, quæ eccleſiæ obuenerunt fidei veritatem minus comprobare, neq; homines diuinę ſubiectos prouidentiæ conuinceret, quandoquidem illarum præſenſio à ſyderibus, cœleſtiq; virtute pendet. Atq; hinc clareſcere poteſt, quàm chriſtianæ religioni pernitioſa exiſtat aſtronomica diuinatio, quæ propriam Dei functionem cœleſtibus arrogare corporibus præſumit, ſimulq; fidei fundamenta euertit. Et quoniam Aſtrologi ſolo nomine chriſtiani excuſationem erroris prætexere volunt, chriſtianam religionẽ vtiq; vere à Deo eſſe affirmantes; at hoc, inquiunt, mediis ſecundis cauſis, quarum vna cœlum eſt, quod certe Deo ſic diſponente, ea quæ in dies in eccleſia geruntur oſtendit. Quem etiã errorem ſcriptura inſequitur. Si etenim vera eſt doctrina illa, ratio certe aduerſus idola conſtructa parum eſſet efficax, neque diuinationem Deus tantopere execraretur, fidei etiã comprobatio, propterea quòd, quæ in eccleſia geſta ſunt prænuntiata fuerunt, titubaret ac penè corrueret. Neque etiam Babylonem Deus ſubſannaret, quòd aſtrologiæ operam dabat, ſic aiens apud Eſaiam. *Sapientia tua & ſcientia*

Aſtronomica diuinatio chriſtianæ religioni pernicioſa.

Eſa. cap. 47.

ſcientia tua hac decepit te, & dixiſti in corde tuo. Ego ſum, & præter me non eſt alter. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius, & irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare. Veniet & ſuper te repente miſeria, quam neſcies; ſta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laboraſti ab adoleſcentia tua, ſi forte quid proſit tibi, aut ſi poſſis fieri fortior. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum, ſtent & ſaluent te augures cœli, qui contemplantur ſydera, & ſupputabunt menſes, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos, non liberabunt animam ſuam de manu flammæ. Inſuper, ſi per cœlos res humanas, præſertimq; eccleſiam Deus regeret, vtique apud Hieremiam non diceret. *Iuxta vias gentium nolite diſcere, & à ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorũ vana ſunt.* Per leges autem, ſtatuta in cœli honorem condita intelligi queunt, perinde ac genus regant humanum, quemadmodum expoſitores nonnulli aſſerunt, aut per leges aſtronomicæ regulæ, quas vanè aſtrologi obſeruant accipiendæ ſunt. Quare gloſſa in verbis illis, humanam intelligit ſapientiã. Salomon præterea habet. *Multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuntio*; & rurſus. *Ignorat homo, quid ante ſe fuerit, & quid poſt ſe futurum ſit quis ei poterit indicare?* ac ſi dicat; nullus

Eccleſiaſtica à cœlo minime reguntur.

Hier. cap. 10.

Eccl. cap. 8.

Eccl. cap. 10.

equidem præter Deum. Iam ergo ſatis perſpectum eſſe poteſt, diuinatoriam Aſtrologiā nedum falsā eſſe, & vanam, ſed pernicioſiſſimā, & chriſtianæ religioni sūme infenſam. Quòd autē commēti ſunt quidam, Abraham Aegyptios Aſtrologiam docuiſſe, Moyſem quoque aſtrologum extitiſſe, falſiſſimum eſt, nulla ſcripturæ auctoritate firmatum, ac propterea ea facilitate negatur, qua aſſeritur, cum veram, non diuinatoriam aſtronomiam fuerint conſectati. Nullum ſanè doctum virum, ne dicam ſanctum, huic vanitati operam dediſſe legitur, vti melius dicetur.

Abrahā, nec Moyſes fuerunt diuinatores.

A ſacris Theologis diuinationem damnari. Cap. II.

SACRI quoq; Theologi Aſtrologiam hanc diuinatoriam penitus deteſtantur, eamq; falſam, atq; pernitioſam demonſtrant, quem admodū Auguſt. pluribus doctrinę ſuę locis luculēter oſtendit, vnde lib. 2. ſup. Gen. ad lit. habet. *Cum mathematici* (hoc eſt aſtrologi) *aliquid veri prænuntiant, occultiſſimo dæmonum inſtinctu id faciunt, quem neſcientes humanæ mentes patiuntur. Quod cum ad decipiendos homines fit, ſpirituum ſeductorum operatio eſt, quibus quædā vera de tēporibus noſſe permittitur.* Vnde conclu dens ſubiungit. *Quapropter bono chriſtiano, ſiue ma-*

Auguſtinus diuinationē reprobat.

mathematici, ſiue quilibet impie diuinantium maxime dicentes vera, cauendi ſunt, ne conſortio dæmonum animam deceptam, pacto quodam ſocietatis irretiant. Et libro 2. de christiana doctrina ſic habet. *Sed quomodolibet nominentur ab hominibus, ſunt tamen ſydera, quæ Deus instituit, & ordinauit, vt voluit, & eſt certus motus illorum, quo tempora diſtinguuntur, & variantur. Quem motũ notare, cum quiſq; naſcitur, quõ ſe habeat facile eſt, per eorũ inuẽtas, conſcriptasq́; regulas, ſed ex ea notatione, velle naſcentiũ mores, actus, euẽta prædicere, magnus error, & magna dementia eſt.* afferens exemplũ Eſau, & Iacob eadem hora, eodemq; fere momento ortis, quoniam Iacob plãtam pedis Eſau manu apprehendebat, dũ ex materno vtero ambo prodibant, qui tamẽ ingenia longe diuerſa qualitateſq; contrarias ſortiti ſunt. Quòd ſi aſtrologi affirment, momentum illud exiguum ad velociſſimum cœli curſum relatum ſatis magnam inducere diuerſitatem; atq; idcirco diſpares nactos fuiſſe proprietates, conditionesq;, cum alterum alter præceſſerit, animaduertant ſibi ipſis pugnare; Siquidem nullius hominis natiuitatis punctum præciſum attingere poterunt vnquam. Vanum eſt itaq; omne, quod prædicunt. Idem etenim de quolibet, qui eadem naſcitur hora iudicare cogũtur, vti melius infra dicetur. Hieronymus Aegypti opprobriũ exi-

cap. 13.

Aſtronomorum fuga.

Vide Picũ libro 1. Aduerſus Aſtrolog. Baſil. in hom. de diuina chriſtiana generatione. To. 1. diuinationẽ confutat. Ho. 6. circa mediũ, & ſuper princ. prouer. Baſ. lib. 4. ex. cap. 4. Chriſoſt. Homil. 5. in epiſtolã ad Gal. cap. primo. Orig. Hom. 16. ſup Num. Greg. lib. Ho. homil. 10. D. Tho. 22. q. 95. artic. 5. 3. contra gen. cap. 154. 2. d. 15. q. 1. art. 5. 4. diſt. 7. q. 3. art. 2.

exiſtimat ſtellarum curſum inueſtigare, ac ſuper eas futuros perſcrutari euentus, ſeque huiuſmodi implicare ſuperſtitionibus. Baſilius ſuper Gen. occupatiſſimam vanitatem artem hanc exiſtimat. Quemadmodum, & Ambroſius, inutilem, & impoſſibilem eam fatetur. At Io. Chriſoſt. vanitatis, falſitatiſq; redarguit, & ridiculam efficit. Quod & plurimis argumentis etiã Origenes oſtendit. Gregorius etiam in quadam homilia illam vituperat, atque D. Thom. pluribus in locis, vanos ſuperſtitioſoſq; decernẽs eos, qui ex ſyderum inſpectione futura caſualia, fortuita, humanasq; actiones præſentire, atq; prẹnoſcere ſatagunt. Quod ſane ex falſa ipſorum opinione prouenit, atque ex dæmonum inſtinctu eorum phantaſiæ ſeſe plerunq; immiſcente. Longum certe eſſet doctorum catholicorum, hæbreorum, græcorum, latinorumq; verba omnia in medium afferre, tam antiquorum, quàm neotericorum, qui vnanimi conſenſu in huius peſtiferẹ artis damnationem concurrunt. eſſet nanq; idem alijs reprẹſentare notis.

Theologicis rationibus diuinatoriam artem reprobari. Cap. III.

RATIONIBVS etiã ex ſcripturis deſumptis, ſanctorumq; doctorũ aſſertis, Aſtrologiam

logiam hanc falſam, atq; inanem facile commonſtrabimus. Compertiſſimum quippe habent ſancti Doctores, rerum naturalium ſciẽtia dęmones perfectiſſime pollere, quam cum à natura inditam habeant, à diuinæ gratiæ celſitudine peccato cadentibus illis, ab illa ſanè minime ciderunt, quin adeo integram, ſplendidamq; retinent, vt & cœlorum ordinem, illorumq; vim, & poteſtatem, planetarum curſum, coniunctioneſq; abſq; labore vllo, mira ingenij ſubtilitate pleniſſime conſpiciunt, atq; intuentur. Quòd ſi per ſydera, ſyderũq; poſitiones futura pręnoſci poſſunt, cum hi abſque vllo calculo, atq; aſtrolabio, illorum exactiſſimam, certiſſimamq; cognitionem habeant, omne, quod in terrarum orbe, in eccleſia etiam, atq; in ſingulis hominibus contingere poteſt, facile deprehendẽt, quòd certe à ſcriptura tanquam falſum improbatur, quemadmodum ex pręalligatis Dei verbis didicimus; ſic enim ait gentes alloquens. *Dicite Diis veſtris*, (idolis nempe, in idolis, ac ſimulachris habitantibus) *vt ventura prænuntient, eoſq; vere Deos confitebimur*; perinde ac ſi dixiſſet. ignorant dubio procul ea, nec nuntiare vtiq; poſſunt. Quanto igitur minus aſtronomi homines, ſcientiarũ vt plurimũ ignari, earumq;, quas indipiſci valent, ex ſyderibus futura præſentire valebunt.

Dæmonum perfecto cognitio.

D. Thom. 1. q. 64. art. 1.

Eſa. cap. 41.

Quòd

Lib. 2. ſupra Gen. ad lit.

Quòd ſi nobis obiicias, Auguſtinum aſſerentem, vt ſupra diximus, aſtrologos nonnunquam occulto dęmonis inſtinctu vera dicere, ergo dæmones, inquies, futura non ignorant. Audias Auguſtinum ipſum in libro de dęmonum diuinatione reſpondentem. Dæmones vtique futura aliquando cognoſcere non ex ſyderibus ſolis, ſed quadam intellectus ſubtilitate, qua certe res naturales, humanaſq; complexiones dignoſcunt, multis inſuper experimentis, qui cum in diuerſa loca, celeritate maxima diſcurrãt, plurima ſanè coniectant, & quid efficere velint interdum prædicunt, ſeu ab Aſtrologo, diuinatoreq; prædicere faciunt, illorum ad hoc phantaſiam commouentes, aut etiam illos expreſſe alloquentes. Et quanquam ſæpius à Deo impediuntur, permittit tamen quandoque id hominum flagitiis exigentibus. Non ergo ex ſola ſyderum inſpectione hæc illorum diuinatio proficiſcitur, (hoc enim impoſſibile fore inferius demonſtrabimus) verum ex allatis modo cauſis. Illud etiam pro confeſſo, atque exploratiſſimo habent Theologi, beatos in diuina eſſentia vniuerſi ordinem contemplari, cauſarumq; omnium virtutem, efficacitatemq; contueri, cum omnis illorum appetitus plena ſatietate conquieſcat, vniuerſi autem ordinẽ intelligere naturaliter ab omnibus deſideratur,

D. Tho. 1. q. 86. ar. 4. ad 2.

Dæmones quõ futura cognoſcant.

D. Tho. 1. q. 89. ar. 8. c. 3. contra gen. cap. 59.

D. Greg. lib. 12. moral.

D. Thom. 3. con. gẽ. c. 63.

ratur,

ratur, quemadmodũ philoſophorum ſtudiũ planeindicat. Affirmant nihilominus futura latere beatos, nec illis illa, niſi reuelãte Deo, innoteſcere, vnde & eccleſiæ ſacramẽta addiſcunt, deq; eis in dies illuminantur. Docet inſuper diuinus ille Dionyſius libro cœleſtis hyerarchiæ, ſupremos angelos diuinorum archanorum lumine paulatim colluſtratos inferioribus lumen impartire, plurima quoq; ex his quæ in eccleſia militanti geruntur addiſcere, id quod ex Pauli verbis ad Epheſios colligitur aientis, multiformem Dei ſapientiam, à principatibus, poteſtatibuſq; in cœleſtibus per eccleſiam Dei cognoſci. Quòd ſi Angeli, beatiq; non niſi Deo reuelante futura intelligunt, quo igitur modo inſani, miſeriq; aſtrologi ſcire illa auſu temerario pręſumunt! Si etenim per cœli curſũ, ſyderumq; poſitionem, quæ futura ſunt prænoſci poſſunt, nulla dubio procul illuſtratione indigent beati, cum in cœlis mundi ordinem cõſpiciunt. Hinc ergo perpendi poteſt, quanta ſit aſtrologorum temeritas, atq; inſania, illorum ſubuerſo, ac diruto prorſus fundamento, quo falſo opinantur, ea omnia, quæ ſub cœlo fiunt in ipſo ſignata eſſe, atq; expreſſa, vt in illo, perinde atq; in libro legi poſſint. Id enim, ſi veritate ſubſiſteret, profecto & beati, & dęmones futurá omnia in cœlo pellucido,

Beati futura nõ cognoſcũt

D. Tho. 1. q. 12. ar. 8. ad 3.

cap. 8.

D. Tho. 1. q. 106.

Beati addiſcunt quædã de his quæ fiunt in Eccleſia militanti.

cap. 3.

Aſtrologorũ temeritas.

cidè, & clariſſime viderent, atque legerent. Quæ tamen cum ab ipſis minime intelligantur, conſequitur planè, nec in cœlo deſignata eſſe, neq; ex cœlo illorum notitiam comparari, ac proinde omnis aſtrologorum labor vanus penitus eſt, atq; inanis.

Canonicis legibus damnari diuinationem.
Cap. IIII.

SACRI etiam canones hanc temerariam reprobant præſumptionem, chriſtianæ religioni plurimum nocentem, propterea quòd cœlis gratiæ myſteria adſcribat, ac ſi prophetas aſtrologos efficiat. Tantaq; eſt aſtrologorum temeritas, vt etiam dira martyrum ſupplicia, quæ certe vim omnem naturæ ſuperant, in ipſum cœlum referant, quaſi Deum illud facientes, diuinaſq; illi laudes tribuentes. In eamq; inſaniam quidam ex ipſis deuenerunt, vt Saluatorem noſtrum ſyderum motum obſeruaſſe dicere non ſunt veriti, & ob hanc cauſam, apoſtolis dixiſſe aſſerunt. *Non ne duodecim horæ ſunt diei*, atq; huius rei gratia Ioannem pluries inculcaſſe. Non dum venerat hora eius. O ſtulti, impij, inſenſatiq; aſtrologi, ergo creatorem per creaturam regi, gubernariq; vultis, atq; ita chriſtianam demoliri religionem? Etenim aduerſus hos hæc

Aſtronomorũ de Chriſto inſania.

Bonati error fuit, vt eſt videre apud Io. Picum lib. 2. contra Aſtrolog. cap. 5.

hæc ſi turpiter effutientes, non aliter, quàm igne diſceptandum eſt. Cum igitur maximo ſit chriſtianæ religioni exitio iſthæc impietas. S.Ro Eccl. iure illã damnauit: prout in ſacro habetur decreto, vbi ſic legitur. *Qui diuinationes expetunt, & mores gentilium ſubſequuntur, vel in domos ſuas huiuſmodi homines introducit exquirendi aliquid arte magica, aut expiandi cauſa, ſub regula quinquẽnij iaceant ſecundum gradus pænitentiæ diffinitos.* Et inferius. *Non liceat chriſtianis tenere traditiones gentilium, & obſeruare, & colere elementa, aut lunæ, aut ſtellarum curſus, aut inanem ſignorum fallaciam, pro domo facienda, vel propter ſegetes, vel arbores plantandas, vel coniugia ſocianda. Scriptum eſt enim. Omnia quæ facitis, aut in verbo, aut in opere omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite gratias agentes Deo. Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſunt, aliquas incantationes liceat attendere, niſi tantum cum ſymbolo diuino, aut oratione dominica, vt tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. Si quis autem paganorum conſuetudinem ſequens, diuinos, aut ſortilegos in domum ſuam introduxerit, quaſi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, vel luſtrationes paganorum faciant, quinque annis pænitentiam agant. Mulieribus quoque chriſtianis non liceat in ſuis lanificiis vanitatẽ obſeruare, ſed Deũ innocent adiutorem, qui eis ſapientiam quærendi*

26. q. 5. c. qui diuinationes.

D *dona-*

Vana cœleſtium obſeruatio prohibetur ſacris canonibus.

donauerit. hæc ibi. Vbi animaduertendum eſt, vanam ſignorum cœleſtium obſeruationem prohiberi. Nam lunæ plenitudinem in arboribus cedendis, aliaq; tempora, cœliq; motus ad ſerendum, ſeu medendum, ſeu etiã naturales obſeruare cauſas, nullam ſapit deceptionis vanitatem, ſed eſt rectæ prudentiæ inditium. Vanam ergo fallaciam intelligit eorum punctorum obſeruationem, quæ quidem nullius rei cauſa exiſtunt, vt in ſubiungendis amplius explicabitur. Vnde eò loci inferius ſubditur. *Si quis clericus monachus, uel ſecularis diuinationes, vel auguria crediderit obſeruanda, vel ſortes, quas mentiuntur eſſe ſanctorum quibuſcunque putauerit intimandas cum his, qui cum eis crediderint, ab eccleſia communicatione pellantur.* In decretalibus quoq; ſic habet canon.

De Sortileg. cap. 1.

In tabulis, vel codicibus, aut aliis ſorte furta, non ſunt requirenda, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obſeruare præſumat. Qui autem contrafecerit quadraginta diebus pœniteat. Et vſque adeo diuinationes, dęmoniacaſq; ſuperſtitiones abhominatur eccleſia, vt iis etiam minime pareat, qui bono ſanè zelo, aut ſimplicitate ductus, eas vel ſemel obſeruauerit. Vnde cuidam Patriarchæ Alexand. III. ſcribit. *Ex tuarum tenore literarum accepimus quod. V. presbiter cum quodam infami ad priuatum locum acceſſit, non ea intentione, vt vocaret dæmonium, ſed*

De Sortileg. cap. 2.

vt

vt inſpectione Aſtrolabij furtū cuiuſdam eccleſiæ poſſet recuperari. Verum licèt hoc ex bono zelo, ac ſimplicitate ſe feciſſe proponat, id tamen grauiſſimum fuit, & non modicam inde maculam peccati contraxit. Mandantes, quatenus talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam imponas, quòd per annum, & amplius ſi tibi viſum fuerit, eum ab altaris miniſterio præcipias abſtinerē, & ex tunc liberum ſit ei exercēre officium ſacerdotis. hæc ibi. Expreſſius autem in Toletano concilio à Leone Papa inſtituto huiuſmodi error redarguitur, in quo ſic diffinitur. *Quicunque aſſerit aſtrologiæ fidem eſſe adhibendam anathema ſit.* Patere igitur poteſt, diuinatoriam artem, aut per aſtrologiam, ſeu quouis alio modo à ſacris canonibus, ſanctaq; Matre Eccleſia prohiberi.

Ciuilibus legibus aſtronomicam vanitatem confutari. Cap. V.

LEGES quoque ciuiles ſuperſtitioſam hanc diuinandi artem vehementer vituperant. Sic enim Imperatores Diocletianus, & Maximinianus habent lib. nono Codicis. *Artem geometriæ diſcere, atque exercere publicè intereſt, ars autem mathematica damnabilis eſt, & interdicta omnino.* Intelligit autem per artem mathematicam, diuinatoriam Aſtrologiam. Anti- l. 2. de maled. & mat.

quitus ſiquidem huiuſmodi aſtrologi mathematici vocabantur. Et in lege Nemo ita dicitur. *Nemo aruſpicem conſulat, aut mathematicum, nemo ariolum, augurum, & vatum praua confeſsio conticeſcat. Chaldei, ac magi, & cæteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem uulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnis perpetuò diuinandi curioſitas, Etenim ſupplicio capitis ferietur, gladio vltore proſtratus, quiſquis iuſsis noſtris obſequium denegauerit.* O beatam chriſtianam religionem, ſi lex huiuſmodi ſeruaretur. In l. vero Et ſi. adeo ab auguſtis Imperatoribus diuinatio vituperatur, vt inter alia dicant. *Quod ſi quis magus, vel magicis carminibus aſſuetus, qui maleficus vulgi conſuetudine nuncupatur, aut aruſpex, aut ariolus, aut certe augur, vel mathematicus, aut enarrandis ſomniis occultans artem aliquam diuinandi, aut certè aliquid horum ſimile exercens in comitatu meo, vel Cæſaris fuerit deprehenſus, præſidio dignitatis exutus, cruciatus, & tormenta non fugiat.* Et in legibus ſequentibus eadem culpa in has docentes vanitates reiicitur. Idcirco quoties ex Aegypto, aut ex Babylone diuinatores Romā aduentabant, ſeueriſſimis legibus eiiciebantur, ſimulq; pęnis afficiebantur, quemadmodum Tyberius Imperator, Vitellius, Diocletianus, Conſtantinus, Gentianus, Valentinianus, Teodoſius, & Iuſtinianus, aut profeſſionem

Vide Io. Pic. lib. primo aduerſus Aſtrologos prope finem.

Diuinatores vrbe expellebantur.

nem dimittere, aut ſecundum leges multari iubebant. Exploratiſſimum itaque eſſe poteſt, diuinatoriam aſtrologiam à tota chriſtiana doctrina exploſam haberi, atque damnari. Quiq; eam ſectantur, aut tuentur vtroque gladio & ſpirituali, & temporali fore puniendos.

TRACTATVS SECVNDVS.

In quo Aſtrologiam iudicatricem, atq; diuinatricem à naturali philoſophia reiici, confutariq́, demonſtratur. Et primum ab excellentibus philoſophis damnari.
Cap. I.

AT quoniam aſtrologi in diuinatorum numero haberi nolunt, ex naturalibus cauſis futurorum iudicium ſumere aſſerentes, cum tamen diuinatorum principes exiſtant, ab ipſis quoduis aliud diuinationis genus profectum eſt. Nam quemadmodum prędiximus, caſualia, fortuitaq;, & ea præcipuè, quę à libero pendent arbitrio, diiudicare volunt, quorum ſanè iudicium, cum ex naturalibus cauſis non proueniat, eorum vanitatem, nec artis, neque ſcientiæ nomine dignam planè omnes intelligent. Hoc autem, primũ ſic declaratur. Etenim ſi Aſtrologia huiuſmodi ad philoſophiam attineret, non infimum in illa locum, ſed primas obtineret partes, tum ob rem ab ea conſideratam, quæ cum cœlum ſit, inter corporeas ſubſtantias nobiliſſima eſt, tum ob ipſam cognitionem,

Aſtrologi diuinatorum principes.

Aſtrologia diuinatrix, nec ars, nec ſcientia.

nem, quę certè ſi veritatem aſſequeretur, diuina potius quàm humana poſſeſſio eſſet. Quapropter vero minus ſimile eſt, Ariſtotelem philoſophorum principē, qui naturalia omnia tam diſerte pertractauit, partem hanc prætermiſiſſe, illiuſq; non meminiſſe, cum ea tempeſtate Aſtrologi floruerint, & in Ægypto potiſſimū, inter quos Eudoxus tunc Platonis auditor aſtrologorū princeps habebatur. Enimuero Ariſtoteles, qui nihil in philoſophia non perfectum, aut intactum relinquere conatus eſt, partem hanc, ſi vera eſt, nimium certe ſomniculoſe ſilentio pertranſiuiſſet, pręſertim cū libros de cœlo, & mundo conſcripſerit, in quibus ſane nec verbum vllum, quemadmodum, neq; in aliis à ſe editis libris eius rei fecit. Plato quoque Ariſtotelis pręceptor, eius artis nullubi vnquam meminit. Pythagoras fidem nullam adhibuit. Democritum eam riſui habuiſſe ferūt, vix hominem ea quę ante pedes habet noſſe aſſerens, tantum abeſt, vt ea quæ in cœlo

Hac ratione vtitur Pic. libro 1. aduerſus Aſtrolog. prope princ. & auctor lib. 4. Triumphi crucis. cap. 3.

Ariſt. de diuinatione aſtronomica nihil dix.

Vide apud Picum vbi ſup. vberius hæc teſtimonia ꝑferentem.

Plato lib. 11 de leg. habet Aſtronomos religionis ſēſū exuere, & impios euadere, qui ex cauſarū qua-

Thales dum aſtrorum contemplationi nimium intētus eſſet, &

ſurſum aſpiceret in puteum lapſus à Treſſa quadã ancilla opportuno, lepidoque dicterio fuiſſe notatũ. Illum magno ſtudio velle res cœleſtes peruidere, ea vero quæ ante pedes ſunt ignorare. hęc Plato in Timeo.

cœlo ſunt intelligat. At Plotinus inter Platonicos præſtantiſſimus, cum aſtronomicæ huic facultati magnam dediſſet operam, illius vanitatem, falſitatemq; deprehendens tandem, eam merito irriſit. confutatam penitus poſthabuit. Quod & ab Apuleio factum eſſe pariter accepimus. Fauorinus autem acerrime eam impugnauit. Eudoxus inſuper præclariſſimus aſtronomus, aſtrologis ob hominis natiuitatis inſpectionem futura prædicentibus, fidem habendam eſſe nullam ſcriptum reliquit. Auerroes Ariſtotelis cõmentator pluribus doctrinæ ſuæ locis, eam diſcerpit, atque vituperat, Quemadmodum, & Auicenna philoſophię contrariã omnią; ex parte falſam exiſtimat. At quid de Ptolemæo aſtrologorum anteſignano dicemus? Qui in ſuo Centiloquio ſic docet. *Eos ſolos futura ſingulariter cognoſcere atque prædicere, qui diuino ſunt afflati ſpiritu lumine*. Quæ quidem verba, & ſi in quibuſdam tranſlationibus non inueniantur, textus atta-

rundã neceſſitatibus non ex diuinæ voluntatis vi, & prouidentia res fieri, & gubernari animaduerterĩt. & in Epinomi. aſſerit. Diuinandi artem virtutem non docere. Et in Tim. diuinandi artẽ demẽtiæ tribuit.

Auerr. in co. libri de Diuinatione ſecũdum quietẽ, & 9 metaph. co. 19.

Auic. lib. 10. ſuæ metaph. cap. 1.

Ptolemæi verba ſingularia. in Cẽtiloqo, licet opus illud eſſe Ptolemæi negent Aſtronomi.

Sic habetur in aphoriſmo 1. iuxta tranſlationẽ Trapenzuntij.

Quare oportet ſtudioſum coniectura rei ad-

attamen græcus originalis, illa proculdubio expreſſe refert. Nullus itaque vere doctus huic Aſtrologię operam dedit, quanquam nonnulli eius libri Ariſtoteli, magnoque Alberto, aliisq; philoſophis falſo adſcribuntur, verum homines quidã ſuperſtitioſi, nullo pollentes iudicio, barbari potius, quàm ſapientes eam ſectati ſunt, quemadmodum eorum planè nomina indicant. Inter quos hi numerantur, Albumaſar, Hali, Aben, Zagel, Aboaſar, Auenagea, Aoniar, Petoſiris, Auerodam, Azerchel, Adarbaraba, & id genus ſimilia. Tales igitur auctores putandi ſunt ſicuti nominibus hiſce repræſentantur. Talis pariter eſt vanitas huiuſmodi, qualis inſulſis hiſce notis figuratur, atque exprimitur. Siq; hiſtorias accurate inſpexerimus, ab ægyptiis, Chaldeisq; mathematicis diſciplinis maxime intentis aſtrologiam hanc confictam comperiemus, qui cum hebeti eſſent ingenio, accepiſſentq; cœlum rerũ inferiorum cauſam exiſtere, nil aliud prorſus cogitauerunt, ſed mathematicis figuris ad ſyderum inſpectionem ſeſe conuerterunt. Et quoniam eorum plurimi dæmonum cultui addicti erant, tanquam ſtulti, ac ſimplices, eorum illuſa, implicataq; phantaſia, in hanc illos diuinationis inſaniam impulerunt, in quam eò libentius, faciliorique propenſione pro-

ſequi. Soli enim qui furore incitantur particularia prædicũt.

Albertum defendit Picus lib. 1. contra Aſtrol. prope finem.

Barbari diuinationi operã dederunt.

Diuinatorũ inſulſa nomina.

prolapſi fuerunt, quo fœlicitatem principibus, atq; magnatibus promittentes, lucrum planè magnum inde retulerunt. Homo autem inter cuncta animãtia curioſiſſimus, ſciẽdiq; futura percupidus, eaq; præcipue, quæ ad ipſius vitam quoquo modo ſpectant, ſuimet deceptionem de facili ſubit. Verumtamen philoſophi graues, qui pro AEgyptiorum exploranda ſapientia in AEgyptum profecti ſunt, quemadmodum Pythagoras, Plato, aliiq; complures, hanc diuinatoriam artem in eorum ſcholis minime inuexerunt, ſed cum ab iis multa accepiſſent, hanc veluti fatuam, vanam, penituſq; inutilem ab eorum finibus procul abegerunt. Quod ſi quis nobis Ptolemæum aſtronomorum principẽ obiiciat, virum certe doctiſſimum neq; nomine, neque ſapientia barbarum. Reſponderi ſane poteſt exiguam illum in ſuis libris præſe ferre philoſophiam. Diſtinguit ſiquidem in ſuorum librorum initio tres philoſophiç partes, Theologicam, Naturalem, Mathematicam, ea inquit ratione quoniam vnũquodq; materia, forma, motuq; conſiſtit, quæ quidẽ tria cogitatione ſeiungi poſſunt, at re ipſa minime, aitq; à motu Theologicam, à materia phyſicam, à forma vero mathematicam prouenire. In qua planè ſententia falſa multa reperiuntur, quemadmodum & philoſopho-

Homo futura ſciendi cupidus.

Ptolemæus vir doctiſs.

In Almageſto, & in Apotoleſmaton libris, quam diuiſionem ad bonũ ſenſum reducit Luci⁹ Bellan. lib. 1. defenſ. Aſtr. contra Picũ. Picus hęc fuſius reprobat lib. 1. ad. Aſtr.

rum diſcipuli cognoſcere faci'e poſſunt. Falſum eſt etenim in primis, rem omnem materia, forma, motuq; conſtare, cum Deus, atq; angeli à materia immunes exiſtãt, ac propterea motu careant. Quòd ſi non de omnibus in vniuerſum ſe intelligere profitetur, ſed de naturalibus ſolis, Theologia igitur, quæ ſupernaturalia contemplatur, ab hac diſtributione reiicienda eſt. falſum eſt præterea, naturalia motu conſtitui, qui ſanè materiæ, formæq; compoſitionem conſequitur. Falſum quoque eſt, Theologiam à motu proficiſci, quæ dubio procul motũ omnem tranſcendit, Deumq;, intelligenteſq; ſubſtãtias ab omni motu ſeiunctas conſiderat. Inquit præterea Ptolemæus, lunam inter cætera aſtra humidiorem eſſe ob terræ propinquitatem, ex cuius planè vaporibus humore afficitur, ac propterea in cœlo, aſtriſq; elementares qualitates collocat. Quodq; peius eſt, aſtra à terræ humoribus pati aſſerit, ſicut & luna à terræ humoribus recipit. An non meminit, ignis ſphęram cœlo contiguam humiditatem omnem penitus cohibere, & à cœlo procul pellere? Si igitur in re tam parua adeo turpiter errauit, aſtronomorum princeps, quid facient ſui aſſeclæ? Enimuero, vt Ariſtoteles in principio ſuæ Metaphiſicę probe affirmat, in populorum admirationem ſapientia hominem

D. Tho. p.p. q.3 ar.1.2.3. & q.50. ar.1. & 2.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

D.Tho. p. p. q.1. art.7.

Locus Ptolemæi in principio Quadripartiti optime exponitur, & defenditur à Lucio Bellantio, libro primo de ſent. Aſtrol. cõtra Picum.

nem

nem ducit. Quare, ſi vera eſſet aſtrologia, in maiori vtiq; omnium aliorum admiratione eiuſmodi homines haberentur; abundantiorem equidem præſeferrent ſapientiam, ſi futura intellectu introſpicerent, ac penetrarent, quorum ſane notitiam philoſophi maxime deſperauerunt, illorumque certam cognitionem impoſſibilem penitus fecerunt, ſicut inferius dicemus. Eſſet enim diuinum ingenium, atq; proprietas. Quapropter tanquam oracula, Diiq; in terris ſuſpicerentur. At longe aliter ſe habere cernimus, cum nec inter Deos, nec inter ſapientes homines habeantur, vt oſtentui, atq; improperio potius habeãtur. Quorum pars inopia, & miſeria tabeſcit, atq; affligitur, quique cum fœlicitatem aliis promittant, miſere ipſi vitam traducunt. Si nanq; per aſtrologiam fœlicitas comparatur, ea certe ipſimet aſtrologi maxime potirentur, neq; illam à magnatibus, potentibuſq; exquirerent, vt eorum marſupia expilarent, montes, mariaq; pollicitantes, ſuiſque aſtrolabiis fallentes eos, dignos profecto iſtiuſmodi deceptione, ac fraude, cum illis, illorumq; vanitati magis fidant, quàm Deo.

Aſtrologorũ inopia & miſeria.

Quem-

Quemadmodum per cauſas effectus cognoſcantur, in quo fruſtra conatur aſtronomica diuinatio. Cap. 11.

NEQVE ſolum aſtrologiam vllius eſſe momenti declarant ſummi philoſophi, nullo eam nomine dignam cenſentes, quin & eã contempſerunt, verum ex illorum fundamentis, philoſophiæq; principiis à ſciẽtię nomine penitus relegatur. Quod ſane in primis notũ fit. Cum etenim noſtra omnis cognitio ex ſenſu oriatur, quo ſenſilia ad phantaſiam, & à phantaſia ad intellectum deferuntur, cumque ſenſu externo, ea quæ adſunt, quæq; præſentia ſunt percipiamus, futura vtiq; per ſenſus cognoſcere nullo modo valemus. Neq; etiam interno ſenſu, nempe phantaſia id aſſequi ualemus. Nam tametſi, ea quæ à ſenſibus abſunt phantaſia diſcernere queat, quoniam phantaſia omnis ex ſenſu proficiſcitur, quæ cum rationis diſcurſu careat, ea quæ ſemel ſaltem ſenſui ſubiecta fuerunt concipiet profectò, at quæ ventura ſunt, neq; ſenſui vnquam oblata percipiet ſanè nunquam. quandoquidem futurum tempus in ſenſuum cognitionem minime cadit. Ergo ſi futura apprehenduntur, intellectus vi diſcernuntur, qui ab vno in aliud ratiocinatione mouetur,

Aſtrologia non eſt ſcientia.

Libro primo Poſter.

S.Thom.1 2. q. 40. ar. 3. ad 3.& 12. q. 41. ar. 1. ad 3.

Sẽſus futura non percipit.

S. Tho. p. 1. q. 78.ar.4.

S.Tho.22.q. 47. ar. 1. c.

vnumque per aliud comprehendit. At cum menti futura præſentia non exiſtant, in ſe ipſis videre illa nequit, ſi itaq; videt, in rebus vtiq; præſentibus intuetur, quod ſanè præſtare non poterit aliter, quàm quòd ab ipſis rebus, ceu res effecta à cauſa prodit certo intelligit. Vt ſi per exemplum dicamus. Si hyemali tempore aridas intueris arbores, æſtiuo tempore flores, folia, fructuſq; producturas intellectu perſpicis, atq; ita futuros euentus, non in ſe ipſis, at in ſuis cauſis rationis diſcurſu, experientiaq; elapſis temporibus parta conijcies. At philoſophi cauſas inter ſe diſtribuũt, aiuntq; quaſdam neceſſario, ſemperque effectum ex ſe gignere, quoniam cauſa poſita effectum illico ſequi neceſſe eſt, quemadmodũ, ſi cœlum mouetur, ſolis, lunæq; eclipſis quandoq; neceſſario erit. Horum itaq; certiſſima cognitio, & ſcientia habetur. Quædam vero, nec neceſſario, nec ſemper effectum productum habent, ſed vt in pluribus. Quemadmodum, quando ſol eſt in leone propeque ſydus canem, ardentes calores, ac pene æſtuantes in aere ſentiuntur. Veruntamen hoc non ſemper contingit, quoniam ob variam elemẽtorum diſpoſitionem, aerem temperatũ nonnunquam, rarò tamen experimur. De quibus effectibus philoſophari quoque fas eſt. Quanuis enim eorum non ita exacta ſit cogni

Futura in cauſis cognoſcuntur.

Cauſarum diſtinctio in effectibus producendis.

tio, à ſcientia tamen minime excluduntur, cum certa fere ſit illorum cognitio. At quędam ad effectuum productiones indiſcriminatim ſe habent, eo quòd non in vnam magis, quàm in alteram partem protendunt. Vt ſi dicamus per exēplū, quod ex lignis in nemore cæſis poteſt quis conficere ſcamnum, aut hoſtium, aut columnā, aut quiduis aliud, cum non ad vnum, quàm ad aliud magis pręfixam virtutem habeat. liberum quoque arbitrium quanquam in finem vltimum in vniuerſum certo reſpicit, ad pleraq; tamen nullam præfixionem habet, vt ad feſtucam de terra ſumendam, aut non ſumendam, ad ſaltandum, vel non ſaltandum. In iis enim quæ finis non ſunt pro libito tendere valet. Quare de his effectibus certo cognoſci, ſeu coniici poſſe philoſophi aperte negant. Cum enim neque in ſeipſis, propterea quod præſentes nō ſunt perſpici poſſint, neque in ſuis cauſis quæ ad ipſos deſtinatam vim non habent, nullus equidem certam illorum cognitionem nanciſci poteſt. Vnde quod ex illis cauſis euenire habet velle diſcernere diuinationis opus q̄ppe eſt: At ſunt nonnullæ cauſæ quæ effectus quoſdam, nec neceſſario, nec ſemper, nec promiſcue, ſeu incerte gignunt, ſed perraro, vt ſi mulier moſtrum pariat. Quorum etiam nullam certam cognitionem excipi poſſe, ex

Liberum arbitrium.

Pro his vide D. Tho. 1. q. 14. ar. 23. & q. 57. artic. 3. & 22. q. 95. ar. 1. & 1. con. gentes cap. 67. & alibi.

præ-

Vera aſtrologia.

præ declaratis ſatis compertum arbitror. At aſtrologia, quæ in ſpeculatione verſatur vera quidem ſcientia eſt, vt quæ per cauſas veras effectus dignoſcit, quemadmodum ſunt eclipſes, planetarum coniūctiones, & his ſimilia, quæ à ſuis cauſis neceſſariam conſequutionē habent, eaq; pariter vera cenſenda eſt ſcientia, quæ quoſdam naturæ effectus, qui ex elongatione, aut appropinquatione ad ſolem, ex coniunctione, oppoſitioneq; lunæ, eiuſq; motibus fere ſemper proficiſcuntur. At aſtronomica diuinatio, quæ ancipites, incertoſque effectus ab is nempe cauſis ad illos, nullam præfixam vim habentibus contuetur, reſq; potiſſimum humanas, quę in libero ſita ſunt arbitrio, in hiſq; etiam, quæ de raro contingunt, vanitatem penitus ſapit, neq; artis, ſcientięq; nomine digna eſt.

Ariſtoteles dictis, diuinatoriam Aſtronomiam reprobari. Cap. III.

AT ne ex proprij capitis ſententia loqui videamur Ariſt. philoſophorum principis dicta in medium afferamus, quem omnes ferè ſectati fuerunt. In ſexto quippe Diuinorum, loquens de ente per accidens (ſic illud appellat) nullam eius eſſe ſcientiam probat. Atq;, vt omnes quid ſit ens per accidēs intelligant,

T. c. 4. lect. 2.

Ens per accidēs quid ſit.

ligant, ſic declaramus. Quando duæ res ordinem adinuicem naturaliter non habentes, & à cauſis duabus, nullo ſe etiam ordine conſequentibus proficiſcuntur, vni, & eidem iunguntur, totum id vere ens per accidens à philoſopho nuncupatur, accidit nanque, caſuq; contingit, ambas illas cauſas inuicem concurrere atque in vnum coaleſcere, cum nullum ex ſe ordinis nexum habeant. Quemadmodum ſi ipſius Ariſtotelis exemplo vtamur, de homine muſico, & ædificatore pariter exiſtente; nullam nanq; ordinis rationem ad ædificatoriam artem muſica habet, nec è conuerſo, ædificandi facultas ad muſicam, proindeq; ipſorum cauſæ nullo inter ſe ordine nectuntur. Quapropter iure ipſo totum hoc ex muſico, atq; ędificatore coaleſcens ab Ariſtotele ens per accidẽs dicitur, cũ fortuita quadam contingentia abſque vlla cauſarum ſerie id vſuuenerit. Sed quòd homo ſit rationalis, riſibilis, atque ſenſibilis, nõ ens per accidens, ſed per ſe vere enunciatur, quandoquidem omnia hæc naturali conſequutione per ordinem in vno, eodemque conſiſtunt. Compoſitum ergo illud, quod ens per accidens dicitur ab omni prorſus ſcientia ſemotum eſſe, atque alienum hoc ſigno probat Ariſtoteles eo loci. Si quidem nulla ſcientia, neque quę in contemplatione, neque quę in praxi, aut

D.Tho.12.q. 95.art.5.

De ente per accidens non eſt ſcientia.

6.Met.T.c.4.

etiam factione verſatur quicquam de huiuſmodi conſiderauit. Intelligit autem per operantem ſcientiam moralem philoſophiã, per agentem autem mechanicas facultates, ſicut per contemplantem Theoricam, ſeu ſpeculatiuam. Ratione prȩterea comprobat; aſſerens, contingens illud ne vllam habere cauſam; quoniam cum plura ibi ſint nullo ſe conſequentia ordine, à diuerſis quoque cauſis nullam inuicem connexionem habentibus pendent, quæ ſanè, cum in infinitum variari poſſint, non eſt earum certa cognitio. Affirmat inſuper hominem ſcientia imbutum alterum hominem docere poſſe; at hȩc, quæ ordine carent, naturaliter doceri nequeunt, propterea quod innumeris pene modis iunguntur, nemoq; coniunctionis eiuſcemodi rationem aliquam accipere poteſt. Cum igitur diuinatio hæc aſtronomica circa hoc ens per accidens fere ſemper verſetur, illius vanitas, atque inſania ſatis nobis perſpecta eſſe poteſt. Quoniam huiuſmodi aſtrologi ea ſolum prȩnuntiant, quȩ nullã cauſarum legem naturaliter ſequuntur, queadmodum quod ſuis negociis ille proſperabitur, quod alter erit Pontifex, alter vero Cardinalis, ille cataphractus, quodq; hic igne peribit, aut aqua obruetur, quȩ quidem ſola caſuali, aut fortuita contingentia apud philoſophum ſimul inuicem nectuntur,

Ens per accidens cauſam vnã nõ habet pro quo vide Caiet. p. p. q. 115. ar. 6.

ctuntur,quæq; infinitis modis variari, impediriq; poſſunt, raroque eueniunt. Cum igitur ex Ariſtotelis ſententia, iſthæc à naturaliū cauſarum dependentia ſint omnino deſtituta, ipſumq; cœlum inter naturales cauſas ab ipſo computetur, huiuſmodi contingentia ab eo prouenire dici planè non poteſt, atque ideo in cauſam longe altiorem, quæ per intellectum agat, nobis tamē ignotam, quæ Deus eſt, referenda ſunt. Talium igitur effectuum cognitio nulla haberi poteſt. Ariſtoteles etiā libr. 2. phyſicorum de caſu, & fortuna loquens, caſualia, fortuitaq; incerta, eſſe, eorumq;, neq; artem haberi, neq; ſcientiā aperte docet. Omnis nanque ſcientia, & ars cauſas eas conſiderat, quæ effectus ſuos, aut ſemper, aut fere ſemper ex ſe procreant, at caſualia, fortuitaq; raro contingunt, ab innumeriſq; pene cauſis prodire poſſunt, eorum igitur neque ſcientia, neq; ars erit. Quemadmodum, quòd aliquis Theſaurum inueniat ab infinitis cauſis nullum interſe ordinem habentibus oriri poteſt. Nam inuenire quiſpiam poterit foſſionis ſepulchri gratia, aut arboris plantationis, vel conficiendi fundamenti pro conſtruenda domo, aut putei fodiendi, aut quiduis faciendi aliud, dictu quidem innumerabilia ſunt, quò fit, vt illius ſciētiam nunquam comparabimus, cum omnis

Vide D. Th. 6. Met. Lect. 3. part. 3.

T. c. 52.

Caſualia, & fortuita à ſciētia reiiciūtur.

illa cauſas præfixas, ordineq; ſe conſequentes reſpiciat, quæ cum finitæ ſint, certę cognitioni ſubſunt; ſicut confuſæ, atque ordinem non ſeruantes infinitæ eſſe poſſunt, ideoque ignotæ. Cum ergo in futuris rebus diuinatio aſtronomica conſiſtat, vt quod quiſque proſperitate gaudeat, aut miſeria torqueatur, liquido conſtare poteſt, neque ſcientiam eſſe, neque artem, ſed meræ vanitatis figmentum.
primo. Periher. lect. 13. Habet etiam Ariſtoteles futurorum contingentium veritatem determinatam non eſſe, exemplũ adhibens belli naualis. Quòd enim nauale bellum cras futurum ſit, aut non futurum nihil diffinitum eſt; poſtq; multam diſputationem concludit tandem, veram eſſe hanc diſiunctionem, bellum nauale erit, aut non erit, ſed nihil certi, diffinitiq; ex duobus illis inferre valemus. Euidenter itaq; ex Ariſtotelis doctrina colligimus, effectus futuros contingentes, qui, & eſſe, & non eſſe poſſunt, non magis in vnam, quàm in aliam partem propendere. Quod planè verum non eſſet, ſi vel in cœlo, vel in terra præfixã, diffinitamq; vim in vnum potius, quàm in aliud haberēt. Propterea q; contingentes eos appellat, quòd eorum cauſę ad eos producendos, & non producendos indifferentes ſunt, atq; ambiguæ. Eorum itaque, neque ars eſt, neq; ſcientia, nec in ſe ipſis, ſiquidem non exiſtunt, nec in cau-
ſis,

ſis, quæ incertæ ſunt, atque ancipites. Cum igitur diuinatio hęc aſtronomica futurorum ſcientiam affectet, eorumq; potiſſimum, quę ex libero proficiſcuntur arbitrio, quę dubio procul incertiora ſunt, nulla certe ſciētia erit, ſed ſumma inſcitia.

Confutatio reſponſionum, quæ ab aſtrologis Ariſt. dictis dari poſſunt, & quonam modo cœlum ſit cauſa vniuerſalis, non ſicut diuinatores fingunt. Cap. IIII.

AT forte reſpondebunt Aſtrologi, Ariſtotelem, cæteroſque philoſophos verum quidem dicere ſi cauſæ ſingulares, quæ ſub cœlo ſunt ſpectentur, non autem, ſi ad cœleſtes ea cauſas referantur. Quoniam id quod ens per accidens ab Ariſtotele nuncupatur definitam in cœlo cauſam habet, licet ſub cęlo non habeat. Itaq; quid à caſu fortunaq; accidit, futuraque contingentia certam, præfixamque ſub ætere cauſam non habent, in ipſo tamen habent. Quæ ſanè reſponſio, quam ſit ridicula, quiuis etiam, vel minimus philoſophus pro comperto habet. In primis Ariſtoteles, effectus ad naturales cauſas relatiue intuetur, cumque ſit cœlum ex naturalibus cauſis, ſitque phyſicæ ſpeculationis, pro fecto, ſi determinatas cauſas in cœlo philoſo- Vide D. Th. p.p.q.116.ar tic. 1. 22. q. 95.ar.5.3.cō tra gen.c.92. Cœlum cauſa naturalis.

phi adinueniſſent, ad hos effectus accõmodatas, certe neque Ariſtoteles, neque ſui ſectatores ita loquuti fuiſſent, aut cauſas diſtinxiſſent, ſimulque declaraſſent, de quibus intellexerint, alioqui falſi, inſipienteſque viderentur. Mirumque eſſet Ariſtotelem, hominem tanto ingenio, tantaque doctrina ornatum, de quo Hieronymus teſtatur, adeo eximia rerum naturalium ſcientia claruiſſe, vt vix cętera humana ingenia capere queant, libro ſecundo phyſicorum cauſarum diſtinctiones ita diſerte accurateq; luſtrauiſſe, de illa autem nihil attigiſſe, longeq; maius miraculum eſſet, vt tot doctiſſimi philoſophi, Aetnici, & chriſtiani, qui poſt Ariſtotelem multis ſeculis flouerunt, atq; in eius libros commentaria celeberrima ediderunt, rem hanc non intellexerint, aliasq; cauſas præter eas, quæ ab Ariſtotele expoſitæ fuerunt minime repererint. Riſu quoq; digna eſt ea reſponſio. Nam quò cauſa effectui propinquior eſt, eò eſt determinatior magiſq; particularis, atq; ideo per ipſam illius natura dignoſci poteſt, ſi igitur ſubcœleſtes effectus cauſas non habent, neq; certas, neq; definitas, neque in cœlo vtiq; habebunt. Hic ſane punctus eſt, & cardo, totam aſtronomicam diuinationẽ ſubuertens. Si enim demonſtrabitur, vniuerſalem rerum omnium quæ ſub cœlo fiunt cauſam eſſe cœlum,

Ariſt. à Hieronymo laudatus. Quem laudat etiã Aug. lib. 5. de Ciuitate Dei. c. 12.

T. c. 28.

Punctus diuinationẽ omnẽ ſubuertẽs.

lum, præterquam eaũ, quæ à libera hominũ voluntate proueniunt, nulla deinceps via, nullusq; aſtrologo diuinandi aditus relinquitur amplius. Quod vt omnes melius percipiant, animaduertendum eſt, cauſam eam dici particularem, proximamq;, quę effectum in ſpecie ſibi ſimilem gignit, quemadmodũ homo hominẽ generans eius peculiaris cauſa eſt, & vniuoca, propterea quòd genitus homo eãdem ſpeciem obtinet, atq; idem de aliis intelligendum eſt. Quæ autem vniuerſalis cauſa eſt, effectum vnigeneum non producit, nec ſpeciei eiuſdem, neque ad illud tantum præfinitam vim habet, quin eadem virtute, alia, longeq; diuerſa gignit. Quemadmodum ignis ſui virtute caloris vitẽ generat, tãquam vniuerſale quoddã efficiẽs, quandoquidẽ, nec ignis, neq; cætera elemẽta vitẽ ſpecie ſibi ſimilẽ agunt, quapropter alia quoq; multũ diuerſa efficiunt, at vitis, ceu peculiaris propriaq; cauſa, nil aliud præter vitẽ, vinumq; ex ſe gignit. Quod ſi cœlũ rei cuiuſpiã certa eſſet, & definita cauſa, ſimile ſane ſibi in ſpecie ederet, quod impoſſibile vtiq; ex Ariſtotelis ſententia eſſet, qui libro 1. de Cœlo & Mundo, cęlum ingenitum incorruptumque aſtruit. Cum igitur ab ipſo cœlo hæc inferiora ſua virtute proueniãt, nec in vnum magis quàm in aliud ſit propẽſum, verum in cunctis vim

Cauſa particularis quæ ſit.

Vide D. Th. p.p.q.4.artic. 3.& q.6, art. 2.& primo cõtra gen. cap. 29. & 32.

Cauſa vniuerſalis quæ.

T.c.20.

Cœlum cauſa vniuerſalis non particularis.

ſuam exerceat, conſtantiſſimum relinquitur, illud cauſam vniuerſalem eſſe, vt nulli rei magis, quàm alteri coaptetur, aut accommodetur. Quare ſubcœleſtiũ effectuum diſtinctio non ab æthere, ſed ab efficientibus propriis, exque diuerſa materiæ diſpoſitione dependet. Quemadmodum ignis virtute plura fiunt, liquefit nanq; aurum, & ęs, indurantur lapides, decoquuntur cibi, aliiq; ſunt effectus illius innumeri ferè, eſtq; nihilominus vnica vis ignis, à qua ſane rerum illarum diſtinctio minime profluit, ſiquidem eodẽ modo operatur ſemper, at ex artificii varietate, multipliciq; affectione materierum igni ſubiectarum diuerſitas illa prodit. Vnde liquefit cera, indureſcit terra, & decoquitur caro. Sicut igitur ſtultus eſſet, inſenſatusque, qui ignis vim tantum inſpiceret, per eamq; peculiares oẽs illius effectus intelligere vellet, ita dementes, inſaniq; prorſus ſunt aſtrologi, qui ob contemplationem ſolius cœli, à quo ſublunaria cuncta in vniuerſum pendent, quid in certis, determinatiſq; effectibus cõtingenter eueniat diſcernere arbitrantur. Si quidem illorum diuerſitas non à cœlo, ſed à propriis efficientibus, variaq; materiæ affectione petenda eſt. Quo circa luce clarius conſpicimus abſq; ſemine, frumentum à cœlo minime gigni, neq; cætera pariter, abſq; propriarum cauſarum

D.Th. p.p.q. q.115.art.6. lib. 3. contra gent. cap.86. 6.Met.lect.3.

ope,

ope, & adminiculo. Enimnero naturalia, maiori ordinis ratione conſtituuntur, quam humanæ res, quandoquidem ea ab intelligentia non errante reguntur, vt tradunt ſapientes, longe igitur facilius eſt naturalia futura, quàm humana præſentire. At videmus naturalium futurorum in particulari certam non eſſe præſenſionem, aut ſcientiam. Vnde Plato deſcenſum ad ſingularia in ſciētiis prohibebat. Vt ſi ſcire percontaris, quot mala punica producet tui viridarij arbor, aut ſi germinabit, nec ne, certe nemo ſciet vnquam: poteſt nanque effectus ille multifariam, innumerisq; penè modis impediri, aut quia erit arbor abſciſſa, aut quia à belluis diſcerpta, aut propter aquarum inundationem, aut infinitis aliis de cauſis, quæ in cogitationē non veniunt. Quanto igitur occultiores, incertioresq; nobis ſunt humanæ res, quæ minori ordine conſtant? Quòd ſi non ad cœlum, ſolum, verum ad proxima efficientia inſpicientes, futurorum naturaliũ cognitionem habere non valemus, quonam igitur modo ex ſolius cauſæ vniuerſalis (cuiuſmodi cœlũ eſt) inſpectione, ſcientiam quæremus? præſertim, ſi humanas actiones ex illo ſcire attentabimus. Quoniam ergo cœlum corpus ſimplex exiſtit, ſimplici quoq; virtute gaudet qua ſanè in hæc inferiora agit. Et quemadmodũ

Naturalia magis ordinata, quam humana.

In dialogo dicto Sophiſta, & refertur à Porphirio in libro de quinque vniuerſalibus, cap. de ſpecie.

Cœlum corpus ſimplex,

ignis corpus:ſimplex ſola caloris ſibi propria qualitate agit, ſic & cœlum igne ſimplicius, vnica ui,quę lux eſt operatur. Atq; vt clarius dicamus. Quoniam cœlum intelligentis ſubſtantię motricis organũ eſt,inſtrumentum autem duplici virtute conſtat, altera ex natura propria, altera vero ex agentis principalis motione, vt ſi mallei exemplum adhibeamus, quod vi propria æs imminuit, & contundit, ſed vt à fabro mouetur,formam ei tribuit, clauos, anuloſque, & id genus effingit, ſic cœlum motricis illius intellectus inſtrumentum, atque organum duas virtutes obtinet, alteram ex propria natura, quæ lux eſt, alterã vero ex motu illius intellectus, quo planè motu diuerſa in hac ſublunari ſphera. mediis efficientibus propriis, variaq; materiæ affectione generantur. Idcirco cœlum lumine, & motu inferiora producere philoſophi docet, atq; ideo iuxta ſolis maiorem acceſsũ, ac receſsũ, ipſiuſq; lunæ plenitudinẽ ampliorẽ, res naturales calore, & frigore alterationẽ ſuſcipiunt. Quapropter nulla alia vis, aut qualitas, præter lucem, & motum, in ipſo quærenda eſt, peregrinaſq; impreſſiones, hoc eſt qualitates elementares ab eo prorſus abiicit Ariſtoteles. Siquidem, nec in cœlo, nec in Aſtris, planetiſq; calor reperitur, aut frigus, humor, aut ſiccitas, multoq; minus mixtorũ

D.Tho.2. de Cœlo lect.10. T.c.41.& op. 9.q.7.

D. Tho. p.p. q.70.artic.3. 2.d.14.ar.3. Libro 3.contra gen.c.23. & 24.

D. Tho. p.p. q.45.ar.1. c.

D. Thom. q. de potentia Dei q.5.ar.5. c.& q.6.ar.3.

Cœlum lumine & motu inferiora agit. D.Tho. 2.d. q.2.ar.3. lib. 1.cõtra gent. cap.85.

Nulla qualitas in cœlo, niſi lumen.

cor-

corporum qualitates. At lux cum motu ſi-mul omnes aliarum rerum naturalium virtu tes eminenter complectitur, ac proinde calefacientem vim, deliccantem, diſſoluentem, gignentem, nutrientem, cæteraq; alia efficien tem, nullaq; naturę virtus absq; luce, motuq; cœleſti efficere quicquã poteſt vnquam. Neq; dici poteſt aſtra à cœli ſubſtantia diuerſigenea eſſe. Sunt enim Ariſtotele auctore orbis partes denſiores, veluti in ligno nodi. Quare cum eiuſdem naturæ ſint, eadem dubio procul lucis qualitate perficiuntur. Sunt ergo aſtra, planetæq; orbis partes denſiores, lux enim in cœli raritate non eſt tantæ efficacitatis, ſicuti in denſitate, cum virtus vnita fortior ſit ea diſpertita. Ideoq; contingit, vt ob radiorum diuerſitatem, planetis diuerſo ordine motis maior ſub cœlo ſiccitas, maiorq; humiditas proueniat, frigus quoq; maius, aut calor intenſior. Atq; propter harum qualitatum varietatẽ, corporumq; affectiones, propriorumq; efficientium, varios hoc in mundo effectus contingentes conſpicimus.

Vide Franciſcum Ferr. ſupra 3. lib. contra gen. c. 84.

Aſtra eiuſdẽ naturæ cum cœlo.

Secundo de cœlo T. c. 41.

Quod

Quòd cœlum, Syderaq́, cauſæ ſint vniuerſales, non particularia ſigna rerum inferiorum. Quòdq́ figuræ ab Aſtronomis in cœlo poſitæ fictitiæ ſint. Cap. V.

Cœlum & ſydera nō ſunt ſigna futurorum.

AT inquiunt ex aſtrologis pleriq́; cœlū ſyderaq; nō cauſas horum inferiorum, ſed ſigna exiſtere, quibus ſanè quid venturum ſit dignoſcimus. Quod quam ſtultum ſit, totiq; aduerſum philoſophiæ, cuilibet etiam infimæ notæ philoſopho perſpectum eſſe poteſt. quin & ſimplex homo, atq; idiota, qui ſolaris lucis agendi vim in dies experitur, cuius planè variatione, diuerſi telluris effectus oriuntur, quemadmodum æſtiuo, autumnali, hyemali, vernaliq; tempore contingit. Deſtruit pręterea hæc opinio illorum auſpicia. Nam ſi cœlum ſigna, & non cauſæ exiſtunt, quid obſecro pro fœlicitate comparanda aſtrologica puncta ſunt obſeruanda? Siquidem pro futuræ rei cognitione, ſi erit, an non erit tantummodo deſeruiet, nullam re vera efficacitatē, aut vim illi tribuens. Fruſtra ergo aſtrologus hoc, vel illo puncto facit principem equo inſidere. Cum enim futuræ rei cœlum cauſa non ſit, hoc, vel alio momento equū aſcendere nihil intereſt. Figurę quoq;, quas in cœlo aſtronomi ponunt fictitię dubio procul ſunt.

Figuras aſtronomicas de-

Et

Et quanquam nonnullæ vtiles ſunt, ſicuti duodecim Zodiaci ſigna, ad horarum, menſium, anniq; diſtinctionem melius cognoſcēdam, ſunt nihilominus huiuſmodi figuræ hominum imaginatione efformatæ, vt nullam in hæc inferiora efficiendi vim habeant. Quapropter figuram minime eſſe actiuā philoſophia docet; ſunt; etenim figurę mathematicę conſiderationis, quæ cum circa naturalia nō verſetur, ab ipſa proinde naturali philoſophia ſeiungitur. Atque ideo ſtultum eſt (ait Auguſtinus) Leones, Boues, Scorpiones, homines, mulieres, monſtrorumq; diuerſitatem in cœlo fingere, autumareq; hiſce figuris varia in terra cœlum efficere. ipſumq; corpus, alioqui nobiliſſimum monſtruoſum facere. Equidem nullus eſſet ingenio ita craſſo, atq; hebeti, vt cum cœlum nocte ſerena Syderibus fulgentiſſimum conſpicitur, in tanta Sydeꝝ multitudine, quam vellet adinuenire figuram non ſciret, quemadmodum aſtrologi inuenerunt. Siquidem figurę eæ omnes imperfectæ exiſtunt: Corpus igitur cœleſte cum ſimplex ſit, vires peculiares diuerſas non habet, ſed vnica tantum lucis virtute gaudet, quanquam motu quoque, veluti inſtrumēto agit. Quamobrem ad ſolius cœli inſpectionem, etiā quòd ipſius natura, atq; proprietas ab homine perfecte cognoſceretur, natura-lia

fendit aliquo modo Caietan. 22. q. 96. ar. 2. ad 2.

Figura nō eſt actiua. Vide D. Th. 22. q. 96. art. 2. ad 2. & lib. 3. contra gen. cap. 105. & quidl. 12. art. 14.

lia tamen inferiora hæc minime percipi poſſent, nedum futura, verumetiam præſentia, quemadmodum cuiuis ingenio, etiam mediocri conſtare poteſt. Cum igitur præſtantiſſimi philoſophi perfectam naturę cœli cognitionem non attigerint, vtpote à noſtris ſenſibus remotiſſimi, cum & rerum, quarum continuum habemus cõtubernium, notitiam inueſtigare non poſſimus, cœlumq; ipſum vniuerſali virtute pręditum ſit, neque per ipſum præſentia hæc comprehendere valemus, quid certè ſtultius, quàm pro futurarum rerum cognitione laborare? Enitimini vos auari aſtrologi illorum locorum notitiam à cœlo accipere, in quo theſauri plurimi ſunt abſconditi, quia fortaſſe diuites efficiemini, ac futura prætermittatis, facilioris nanque cognitionis præſentia futuris exiſtunt.

Cœlum non plene cognitum à philoſophis.

Dato etiam quodlibet ſydus peculiarem habere virtutem, nihil ad diuinatoriæ Aſtrologiæ veritatem conducere.

Cap. VI.

QVòd ſi cui eam libet ſectari opinionem, quam grauiſſimi philoſophi amplectuntur, cœlum nempe non ſolum media luce, motuq; agere, verum etiam cuilibet aſtro ſuam inhærere virtutem, diuerſiſq; aſtris, atq; pla-

Videtur hæc expreſſa ſententia D.Th. lib.3.cõ.gen. cap. 84. & 2. diſt.15.ar.1.

planetis diuerſam vim ineſſe, ita vt in eorum coniunctionibus, aliisq́, aſpectibus virtutis quoque varietatem admittant, non ob id futurorum cognitionem euincunt. Primùm ſanè, quoniam ob ſolius vniuerſalis cauſę contemplationem cõfuſa tantum particularium effectuum ſcientia gignitur, ſic enim docent philoſophi. Quòd ſi in cœlo diuerſæ virtutes locantur vniuerſaliores vtique ponendæ ſunt iis, quę ſub cœlo sũt virtutibus. Omnis nanque cauſa naturalis, quò effectui plus accedit, eò eſt particularis magis, quantoq; remotior tanto certe vniuerſalior, quò fit, vt magis in vniuerſum paterent eiuſmodi proprietates, quàm elementorum qualitates. At cum ad inſpectionẽ ignei caloris, in ęorum, quæ ab igne in terra gignuntur cognitionem certam veniri non poſſit, multo igitur minus ob cœleſtium virtutum contemplationem ea cõprehendi poterunt. Non ignoramus præterea, cœlum non niſi mediis particularibus efficientibus in hæc inferiora agere. Vnde eò loci quo ſatum non eſt frumentum, minime generatur. Quamobrem nihil eſt operępretium, cœlum, eiusq; peculiares qualitates, ſi habet, ſpectare, ſi ad proximiora efficientia, materiæq; affectionem non inſpexerimus. Docent quoq; philoſophi, non eã perfectam eſſe rei ſcientiam, quæ ex vniuerſali tantum cauſa

& 2. p. p. q. 70. ar. 1. & 2. & in q. de ſpiritual. creat. ar. 8. ad 12. & 2. de cœlo. l. 10. cuius dicta defenduntur ab impugnationib⁹ Pici lib. 3. cõtra Aſtrol. cap. 5. à Franc. Fer. 3. com. c. 84.

Pic. li. 3. c. 25

Poſſunt dici vniuerſales. Tum quia nõ ad vnũ indiuiduum, ſed ad multa determinationẽ habẽt, Tũ quia ĩ multiplices ſui effect⁹ differentias extendũtur; Tũ etiã quia multis particularibus cauſis vario mõ diſpoſitis cooperantur ex Frãciſco. Ferr. ſu

pra lib. 3. contra gen. c. 84.

Cœlum mediis particularibus efficientibus agit.

Vniuerſalis cognitio cõfuſa 1. Poſt. lec. 17. T. c. 22. Vide D. Tho. 1. d. 41. art. 3. ad 5.

ſa comparatur. Vnde, & proximiores, magiſq; adherentes cauſas inquirũt. Qui etenim in ſolius vniuerſalis cauſæ, conſideratione verſatur confuſam habet cognitionem, idcirco, ſi etiam in cœlo demus qualitates illas, ex illarum tantum contemplatione confuſam indiſtinctamq; notitiam inde aſtrologi exciperent, cœlum nempe hos aut illos producere effectus poſſe, at determinate inferre cœlũ, vel aſtrum hoc peculiariter efficere minus poſſunt. Veluti ſi ignẽ ego aſpexero, poſſem vtiq; agnoſcere, pariterq; affirmare cibos illo decoqui, liquefieri plumbum, indurari ferrum, & id genus, verumtamen hoc peculiare per igné eſſe producendum, aſſerere vtique minime, niſi ad id proximum efficiens præparatum viderẽ. vt ſi artificẽ vas pro plumbi liquefactione accommodantem intuerer. Opus igitur eſſet particularia agentia dignoſcere, neque ſolum cœlum inſpectare. Quòd ſi aſtrologus aſtrueret cœlum ipſum, nedum vniuerſalibus conſiſtere virtutibus, verumetiam peculiaribus ad determinatos effectus producẽdos fultum eſſe, quanquam hoc falſum eſt, tum ratione antedicta, quandoquidem, quò cauſa remotior, eò eſt vniuerſalior, tum quòd proxima efficientia ſuperuacanea eſſent, ſiquidem cęli virtus ſufficeret, quod ſanè ab omni proſus philoſophia alienum eſt, ſi tamen iſtud

con-

conceditur, vt particularia agentia non ſuper abundarent, ad materię ſaltem diſpoſitionem ab ipſa natura data eſſe oporteret, vt ad platonicarum idęarum inſtar aſtra ſint. quę quidē vt illi tribuit Ariſtoteles, formas inducebant, vbi peculiaria efficientia materiam præparabant. Id ſi aſtrologis datur, cœlum ſolum intuentibus minime opitulatur. Compertum eſt nanque iuxta variam materiæ præparationem formas quoque varias inferri, diuerſosq; gigni effectus, idcirco non tantum cœli, atque inferiorum efficientiū cognitio philoſophis neceſſaria eſt, verum etiam, ad futurorum diuinationem ea ſimul cum aſtris intueri operepræcium eſt. Quod etiam ſi ab ipſis fieret, futura præſpicere contingentia nō poſsēt, ſed ea, q̄ à ſuis cauſis, aut ſēper, aut ferè ſēper prodire ſolent. Quo ſane modo futuros effectus philoſophi intellexerunt, fieriq; minus poſſe exiſtimantes, contingentia quæ eſſe, & non eſſe poſſunt ex ipſa natura perpendi.

Pro poſitione Plat. de Idęis, vide 7. Met. l. 7. T. c. 10. & D. Th. p. p. q. 15.

Cognitio uniuerſalis non ſufficit ad futurorum cognitionem.

Futurorum, quæ ex libero pendent arbitrio cognitionem à cœlo peti non poſſe. Cap. VII.

QVÒD ſi daretur ab ipſo cœlo rerum naturalium in particulari cognitionē ab aſtrologis accipi poſſe (quod tamen falſiſſimum eſt) ea tamen futura, quæ à libero ho-

Vide D. Th. p. p. q. 115. ar. 1.

minis arbitrio pendent præſentire nunquam valerent. Primùm quidem, quoniam intellectus libertatis fons, & origo, iuxta philoſophos nullo eſt corporeo alligatus organo, aſſerēte Ariſtotele libro 3. de Anima. intellectum ſeparatum, hoc eſt à corporeo inſtrumento ſeiunctum. Cuius ſanè ſeparationis, licet diuerſæ exiſtant ſententiæ, omnes tamen philoſophi intellectum rem ſpiritalem efficiunt. Hoc autem in philoſophia exploratum habemus, corpus in ſpiritum non agere, quemadmodum, & cernimus ſpiritalia corpora ab inferioribus minime pati, ſicut ignis, lunari cœlo contiguus, neque ipſi, neque alicui ex ſuperioribus orbibus ob illorum ſpiritualitatem paſſionem infert vllam, multò ergo amplius, ſpiritus à corporea impreſſione eſt omnino liber, atque immunis. Virtus ergo cœli, quæ corporea eſt ſupra hominis intellectū ne vllam exerit vim, neque libero præeſt arbitrio, cum ſit ſpiritus, ac proinde ab omni corporea mole ſeiunctum. Res igitur humanæ, quæ à libera exeunt voluntate à cœlo principium non habent. Stultum eſt itaque pro humanarum rerum cognitione capienda in cœlum intendere. Si autem reſpondeant aſtrologi, intellectum vtique ſeparatum exiſtere, quòdq́; in ipſum directe cœlum non poteſt, indirecte tamen ad multa peragēda indirecte illum

Intellectus fons & origo liberi arbitr. Vide Tho. p. p. q. 83. ar. 1.

T. c. 4. & 19.

Quare intellectus non ſit actus corporis.

Aug. lib. 12. ſupra gen. ad l. t.

Cœlum non præeſt à libero arbitrio.

Vide D. Th. p. p. 115 ar. 4.

illum impellit, eò quòd intellectus noſter ſenſibus vtitur, pars autem ſenſitiua corporea eſt, cum anima ſit corporis forma, in quod ſanè corpus, atque in ſenſum ſua poteſtate corpus dominatur. & quoniam omnes fere homines ſenſum ſequuntur, ideo plurima ad liberum arbitrium ſpectantia aſtrologi diuinari poſſunt. Et quanquam reſponſum hoc ſatis apparet, ineruditisque aliquam de aſtrologia ſuaſionem faciat, qui tamen iudicio cæteris præſtant, fabuloſum reuera cenſent. Primum ob ſuperius expoſitas rationes. Quoniam naturalia hoc liberi arbitrij obſtaculum non habent, vt cœli inclinationem impedire quandoq; valeant. Si igitur, vt probatum eſt, contingentia naturalia noſſe nequeunt, poſitis etiam in cœlo peculiaribus ad effectus producendos virtutibus, quod tamen non eſt verum, quanto peius humanas actiones diuinari poterunt, quæ à libero mouente arbitrio, quod cœlo ſubiectum non eſt, verum illius inclinationi reſiſtit? Liberi præterea arbitrij actio innumeris prope modis impediri poteſt, etiã ſi in tale quid cœlũ non propẽdat, vt ſi per exemplum aſtrologus, ad religionem, vel ad armatorum copias ducendas propenſionem, quempiam habere aſſerat, multipliciter ſanè ab huiuſmodi inſtituto reuocari poteſt, aut propter egritudinem,

Secundo de anima T. c. 24.

Vide D. Th. 22.q.95. art. 5.ad 2.

Vide auctorẽ lib.4. Triumphi crucis. c. 3.

tudinem, aut propter contrariam aliorū ſuaſionem, aut ob voluptatem, aut quia ab aliis interimitur, vel quia commode non poteſt, aut quòd ex præcipiti caſu corpore diſiectus eſt, aliisq; modis innumeris certe, atq; idcirco de rebus tantæ variationi ſubiectis, quæque in immenſum impediri poſſunt, hominem certum facere velle, dementiſſimæ cogitationis eſt, eoq; magis, quia ſenſum ipſum, vt plurimum ſectantur, qui vero ſenſum ſequitur, non ſecus ac folium voluitur, cum ob humanarū rerum incōſtantiā varia, diuerſaq; indies eueniant, quibus ſane prout occurrunt facile afficitur, qui ratione non firmatur, ac proinde illorum iudicium certum ſumi nō poteſt.

Pro. cap. 30. Quapropter Salomon ſcripſit. *Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cœlo, viam colubri ſuper terram. Viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia,* quæ cum ſenſum ſequatur eſt ipſi omnino ignota, cum nihil adoleſcentis via ſit incertius.

Aſtrologorū ſuffugium. Atque ideo reſponſio illa nihil aſtrologis ſuffragatur, vbi aiunt ſenſui vt plurimum homines inherere. Hoc etenim humanam vitam incertiorem reddit, quandoquidē, qui ratione viuit longe melius de agendis coniectare poterit, quàm qui rationem ducem minime ſectatur. Quamobrem, qui tyranno inſeruit, nec ullam ſui ſtatus certitudinem ha-

bet; propterea quòd nulla ſe ratione Tyrannus regit. At qui vero principi inſeruit, rerũ gerendarum perfectam callebit ſcientiam, recteq; cum illo ſibi conſulet, atq; proſpiciet. Cum itaq; neque liberum arbitrium, neque intellectus cœlo ſubiiciantur, nullam profecto veram ſcientiam ex cœli contemplatione aſtrologus haurire poterit, neq; illorum, qui rationem ſequuntur, neq; eorum etiã, qui ſenſui ſunt addicti, tum ob inconſtantiam, tum ob innumera, quæ contingere poſſunt impedimenta. Et quoniam humana quæq; ab hominibus, qui aut rationis lumen ſequuntur, aut ſenſui parent proficiſcuntur, humanarũ proculdubio actionum nulla erit vera, neque certa cognitio. Quòd ſi quidam ex aſtrologis humanum arbitrium cœlo ſubiectum putarent (quanquam falſiſſimum & hereticum eſt) illo tamen conceſſo, aſtrologo nihil conducit, ob ſuperius explicatas rationes. Nam ſi à cœlo rerum naturalium notitiam accipere non poteſt, quę ſane ordine quodam ſibi inuicem reſpondent, id quod in libero non inuenitur arbitrio, longe minus humana diiudicare poterit.

Liberum arbitrium etiã ſi cœlo ſubiiciatur, diuinatio tamen eſt vana.

Diuinatoriam aſtrologiam falſam, incertamq́, nulloq́ innixam fundamento, etiam ſi in cœlo futura ſcripta exiſtant, & neceſſario ab ipſo pendeant. Cap. VIII.

Diuinatio in certa oí quod in cœlo futura ſcripta ſit.

VT autem aſtronomorum huiuſmodI vanitas magis eluceat, demus etiam illis, omnia quæcunq; in hac ſublunarium ſphera agũtur ſingillatim, diſtinctéq;, veluti in diuina mente conſcripta eſſe, quòdq; etiam peculiarium proximorumq; agentium ibi vires exiſtant, eamq; inſuper in ipſo conſtituamus poteſtatem, vt omnia, quæ hic fiunt etiam ex libero prouenientia arbitrio cœleſtem conſequantur vim, atq; inclinationem, cunctaq; ſint ſubiecta, atq; quicquid omnino venturũ ſit literis exaratum inſit. Quæ quidem licet falſa ſint, atq; hęretica, quidã tamen ex ipſis, tanquam vero animo firmiter intus tenent, eaque etiam palam effutirent, ni eccleſię ignẽ pertimeſcerent. Quibus tamen datis, vana adhuc, incerta, nulloq́; innixa fundamento eorum eſt aſtrologia. Siquidem earum virtutum, quas in cœlo peculiares ponunt cognitio illis deeſſet, omnis nanq; cognitio à ſẽſibus oritur, neq; cognitio ibi perfecte pertingit, vbi ſenſus non attingit, dicente Ariſtotele, ſenſu quopiam à natura orbatũ aliquẽ,

Cognitionis origo à ſẽſu.

rerum

rerum omnium notitia carere, quæ ſenſui illi ſubiecta ſunt: Quare à natiuitate cecus de coloribus minime diiudicat. Surdus quoq; natus neceſſario mutus eſt, vt nullam vocis ſignificationem edere valeat. ideoq; accidentia magnam partem ad habendam rei notitiã conferre aſſerit. Quapropter cum philoſophi, ac medici, aut rerum naturalium, aut ęgritudinum internas proprietates diiudicare volunt ad accidentia confugiunt, earumq; rerum qualitates inſpectant. Cumque à noſtris ſenſibus cœlum longe diſtet, exiguam ſane notitiam de ipſo accipere valemus. Quandoquidem ex cœli ſenſilibus accidentibus ſola hęc innoteſcunt, lux, motus, figura, quantitas, quæ planè generalia ſunt, quæq; à ſolo viſu percipiuntur, cum cæteri ſenſus cœlum haud attingant. Nullũ etenim illius ſonum audimus, tametſi quidam ex philoſophis motu ſuo dulcem efficere armoniam cenſuerint. Quę ſententia ab Ariſtot. exploditur. Odore, ſaporeq; pariter carent. quos etiam ſi habeant minime ſentimus. Nullam pręterea ex tangibilibus qualitatibus cœlo ineſſe, præter lucem comprobatur. omnes ſiquidem aliæ elementares ſunt, quemadmodum, quæ ſub cœlo ſunt, vt caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, leuitas, grauitas, conſimilesq;. Quapropter nullus, præter viſum ſenſus (qui

Lib. 1. de anima T. c. 5.

Cœli exigua cognitio.

Cœlum ſolo viſu percipit. 1. Metaph. in principio.

Pittagoreorũ opinio, quæ ab Ariſt. improbatur ſecũdo de Cœlo. lect. 14. T. c. 52.

Auer. opinio 12. Met. T. c. 52. pro qua

vide Acchilli num in vlt.q. de orbibus.

Lucius bellã tius Senenſis in libro pro aſtrologis cõ trà Pic. qualitates cœleſtes tuetur q̃ videtur opinio D. Tho. ſecũdo de cœlo l. 10. & alibi.

3. de anima T. c. 161.

Cœleſtes influxus incogniti etiam ſi corpora noſtra tangunt.

tamen generalia quedam diiudicat) cœli accidentia percipit. Cum igitur naturalia à ſenſu ad phantaſiam, à phantaſia ad intellectum deferuntur, perſpicuum eſt, cœlum imperfecta quadam, vniuerſali, confuſaq; notitia à nobis apprehendi. Non ignoramus pręterea quam magnum nobis negocium faciat herbarum, animantiumq; proprietatum cognitio, quibus cum cõtinua eſt nobis conſuetudo, ſenſuq; ipſo peculiares eorum proprietates experimur. Quæ igitur dementia erit ſi ad cœleſtes vires cognoſcendas temere audebimus? Et quidem pręſtantiſſimi philoſophi earum rerum, quas manibus attrectauerunt virtutem perfectã ſcientia conſequi minime potuerunt, quo igitur modo cœleſtes vires à nobis tam longe diſtantes aſtrologi dignoſcere valebunt? O magnam illorum ſapientiam, qui quod Ariſt. Plato, cæteraq; ſuprema ingenia excogitare non potuerunt, adinuenire audent. Quod ſi etiam cœlum ſuas omnibus, vsq; ad mundi centrum qualitates influerent, eisq; corpora noſtra contingeret, neq; ipſarũ diſtincta nobis ineſſet cognitio, quandoquidem elementaribus affectionibus, cæterisq; naturalium rerum ita admiſcerentur, vt cœli virtuem ab ea', quę in his inferioribus reperitur diſcernere neſciremus. Quicquid enim ſenſu deprehendimus in ſublunaribus exploratum

ratum habemus,& cernimus, quæ profectò nil aliud,quam eorum qualitates ſunt. Vnde liquido conſtat nullius huius mundi effectus experientiam à ſolo cœlo peti poſſe. Experientia nanq, (quemadmodum Ariſtoteles in primo Metaphiſicę docet) ex memoriis multis fit, memoria vero ex ſenſu gignitur. Quapropter operæ prætiũ eſt, vnius eiuſdẽq; met rei pluries periculum feciſſe, vt illius experientiam nanciſcamur. Cum itaq; nulla cœli virtus,niſi generalis ſenſu à nobis comprobetur, perſpicuum ſanè eſt, nullius propriæ ſuæ qualitatis experientiam adipiſci nos poſſe. Atq; hinc maxime patere poteſt,quam vana, inutiliſq; ſit illorum ſuperſtitio, cum fundamento penitus inani nitatur. Cumq; illis argumenta huiuſmodi proponuntur, quę ſoluere certe nõ poſſunt,ad experientiam ſemper confugiunt, quę ſanè eſt illorũ apud ignaros confugium. At Viri docti peritiq; omni eos vero carere experimẽto certò ſciũt. Quoniam, vt diximus,ampliusq; in illorum rationibus diſſoluendis inferius dicemus, nullum præter lucis experimentum à cœlo petere poſſunt,omnisq; effectuum diuerſitas, quæ in hoc mundo contingit ab ipſius lucis diuerſitate proficiſcitur primum. Hoc autem medio motu,quo plane varia fit cum luna, cæteriſq; planetis coniunctio, aut magis

L. 1.c.1.17.

Cœleſtis qualitatis experimentũ haberi non poteſt.

Aſtrologorũ confugium.

Experimẽtũ nullum præter lucis à cœlo peti poteſt.

accedit, vel recedit à noſtri capitis puncto, qui dicitur zenith, radioſq; emittit magis, minus que in directũ. Quę etiã diuerſitas nec ad particulares effectus conſtituendos, nec ad illos cognoſcẽdos ſufficit, cum cauſa vniuerſalis & non particularis exiſtat. At ob hanc lucis variationem diuerſa ratione elementa, terręq; vapores cientur, qui ſane ex varia ipſorum commotione diuerſa quoq; ratione particularia agentia mouent, atq; afficiunt, nempe plantas, animalia, cæteraq; aut nimia caliditate, vel frigiditate, ſeu humiditate, ſiue etiam ſiccitate, quo plane modo ſic commota, atq; diſpoſita, varia ex ſe gignũt, atq; vnũquodq; iuxta ſpeciem ſuam. Idcirco per cœli motũ, ſolis, lunęq; pręſertim, quemadmodum medici, aliiq; periti faciunt, humiditatis abundantia, aut ſiccitatis, caliditatis quoq;, ac frigiditatis coniici poteſt. Rurſus contemplantes elemẽta commota, vapores quoq;, humoreſq; corpora afficere, non ex cœlo tantum, verum etiam ex conſideratione diſpoſitionis corporum particularium, adhibita etiam eorum, quam acquiſierunt experientia de ægritudinis grauedine, aut alleuiatione coniectant, quanquã & ſæpe decipiuntur, ob nonnullas latentes terrę proprietates, quas intueri ſemper impoſſibile videtur, quoniam mixta corpora, ob variam elementoruum comple-

plexionem diuerſis gaudent proprietatibus, vt quòd magnes ferrum attrahat, quodq; piſciculus quidã nauim retineat, & innumerę aliæ occultę naturæ vires, ob cœli virtutem vario motu lucem in rebus diffundentis diuerſos pariunt effectus. Qui ſane in cœlum niſi in cauſam vniuerſalem referri non poſſunt, atq; ideo ex ſolius cœli inſpectione cognoſci non poſſunt. At dato cœleſtes virtutes, & peculiares illas qualitates, quas in aſtris pleriq; excogitarunt ad terram vſque omnes deſcendere, vt nullum cum ſubcœleſtium rerum viribus commertium, aut admixtionem habeant, aut ab eis tanta differentia diſtent, vt ab illis perſpicuè dignoſcerentur, quemadmodum elementares inter ſe virtutes differunt, adhuc diuinatricem aſtrologiam, falſam, incertam, nulliusq; prorſus vtilitatis firmiter cenſeo. Compertiſſimum eſt nanque cœlum ſphericum eſſe, in cuius medio, veluti centrum terram ſitam eſſe, ad quam cœleſtes omnes influxus terminantur, & circa quam ſemper voluitur, cumq; terra apparentium aſtrorũ omniũ fere, minor exiſtat, aſtrorum influxus oẽs ſimul iũgi aſſerere opus eſt, vnumq; alterum interſecare, atq; mixtionem quandam conficere. Neque enim dici poteſt eorum influxus ſeſe in terram recipere, quemadmodum ſi indiuiſibilis linea ab aſtro ad ter ram

Magnetẽ ferrum attrahere ex virtute cœli apertè docet D. Th. 3. contra cap. 92. & in q. de Ver. q. 5. art. 10. ad 5. & q. 22. art. 13. in c. & alibi.

Idem videtur inſinuare de piſciculo tenente nauim 3. contra c. 102.

Falſa diuinatio cognitis etiã cœleſtibus qualitatibus.

Cœlum ſphericum.

ram protrahatur, virtus etenim illa à toto aſtro lata, atq; ſpacioſa in terrã deſcendit ſicut ſolis lux, admiſcebitur itaq; virtus vna alteri, præſertim ob continuum cœli motum, obq; motuum, planetarumq; coniunctionum diuerſitatem. Quapropter fateri oportet omnes aſtrorum virtutes in terram receptas miſcellaneum quiddam efficere, vt ex illis virtus quędam cõmunis coaleſcat, veluti ex elementis mixtũ reſultans. Quòd ſi hoc datur, nullius certe aſtri ab alio ſeparatim experimentũ haberi poterit. Aut forte inuicem miſcebuntur per multiplicẽ ipſorum interſectionẽ, vt quidã de diuerſis in aere luminibus affirmãt, quę ſane non in vnum lumen cõueniunt, ſed ſe inuicẽm interſecãt, altero nihilominus ab altero ſeiũcto diſtinctoq; exiſtẽte. Quòd ſi etiã hoc daretur, nullius certe aſtri peculiaris virtus ab altero diſtincta diſcerneretur, cũ pręcipue ſibi ipſis propinquitate maxima cohereant. Si quis enim diceret, hunc eſſe aſtri illius influxum, alter utiq; reſpõdere poterit, minime hoc eſſe, ſed propinqui aſtri virtutẽ eſſe, ni forte alicuius eſſet, tam perſpicua, ac manifeſta virtus, vt inficiationi locus non eſſet, quemadmodum ea eſt, quam in ſole, & in luna cernimus. At hoc in cęteris aſtris non diſcernimus, ac propterea altera ab altera ſeparatim dignoſci nõ valet. Etenim niſi ignis vir

tutem

tutē ſeorsū ab aliis elemētaribus qualitatibus experti fuiſſemus, ſuam à cæteris vim diſtinguere minime potuiſſemus. Siq̄ue medicus qui ęgroto medicinam ex reubarbaro, aliisq; confectam parat, reubarbari virtutem experimento non comprobaſſet, illam met compoſitionem choleram purgare planè non intelligeret. At quia medici reubarbaro vim in ſe ipſo abſq; vlla admixtione in choleræ purgatione agnouerunt, ob id in medicinæ compoſitione illum eſſe ſtatuunt, in quo vis inſit purgandæ choleræ. Cum igitur nos vnius aſtri, abſque alterius virtutem diſcernere non valeamus, certe illorum peculiares vires, atque efficientias experimēto iudicare minime poſſumus. His ergo rationibus conſtat, diuinatoriam aſtrologiam, apud philoſophos penitus vanam eſſe, nulloque ſubnixam fundamento, remq; eſſe hominum iudicio paruo callentium. Quod etiam in ſequenti tractatu latius patebit.

TRA-

TRACTATVS TERTIVS.

In quo diuinatricis Aſtronomiæ falſitas omnimoda demonſtratur. Atq; imprimis fundamenta eius omnia vacillantia eſſe probatur. Cap. I.

Primo Poſt. cap. primo.

OMnis ſcientia, omniſque ars principia ſua habet, fundamentaq; ſolida, & veritatis euidentia nota, atq; perſpicua, quemadmodum in omnibus manifeſta ratione comprobatur. Fundamento enim nutante totum corruit ædificium. Cum igitur aſtronomicę diuinationis incertum, infirmumq; quin & falſum fundamentum exiſtat, quod etiam, ſi verum ſit nihil ad rem conduceret, vt in ſuperioribus ſatis oſtendimus, quãta ſit eorum, qui hanc vanitatem conſectantur dementia facile deprehendi poteſt. Sed vt lucidius illius incertitudo pateat, animaduertendum eſt, plura prẹter ea, quæ ſuperius diximus ab illis tanquam vera ſupponi, quæ omnia ſane incerta ſunt, atq; inconſtantia, ſi naturã ducẽ ſequimur. Atq; imprimis pro cõſtantiſſimo habent, nouem eſſe orbes, nempe,

Aſtrologorũ inane fundamentum.

D.Th.p.p.q. 68.art.4. no.

lunę,

Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni. octauę ſpherę Sydereæ, ac primum mobile, quod plane indubitatum, certumq; minime eſt. Siquidem Ariſt. hoc primum mobile non conſtituit, & nihilominus absq; illo ſuo tempore cœleſtes omnes motus ſaluabantur. Quòd ſi Chriſtianos Doctores illud ponere aſſerant, chriſtallinumque vocant, interrogemus planè illos, chriſtiani ne, an philoſophi eſſe velint, ſiq; naturali lumine, an vero ſupernaturali colluſtrati loqui velint. Si enim ſe philoſophos declarant ſoli naturę lumini innixi, nulla certe efficaci ratione cœlum illud conuinci poteſt, quin de facili negari, ac proinde vnum ex illorum fundamentis ruit. Si autem ſe chriſtianos profitentur, diuinumq; ſupra naturam lumen in loquendo ſequi, illiq; aſſentire, omnis dubio procul hęc aſtronomica diuinatio, tali lumine proſtrata, funditusque euerſa, prorſus exploditur, atq; reiicitur, quemadmodum in primo tractatu ſatis abunde demonſtrauimus. Quòd ſi cœlum hoc illis concedamus, nullam ſi aſtra habet, nec ne certitudinem habemus. Dicet forte quiſpiam ſyderibus ornatum eſſe, ſed ob eius altitudinem illius aſtra conſpici non poſſunt, illaq; pariter influxum aliquem habere cęteris forte maiorem, veluti eminentiora, ac perfectiora, quarum

uẽ cœlos ponit 22. d. 14. ar. 1. c. de cõ, præter cœlũ empyreũ, & eſt opinio recentiorum aſtrologorum.

De numero orbiũ Ariſto. agit 12. Met. T. c. 43. 44. & 45. lib. tũ ſecũdo de cœlo lect. 15. in principio omnes ſtellas pręter planetas in ſupremo cœlo conſtituit.

De cœlo criſtallino vide D. Tho. p. p. 68. art. 2.

rum nulla ab aſtrologis cógnitio habetur, ac propterea incerta, vanaq; eſt illorum aſtrologia. Poſito etiam mobile primum aſtris carere, aliqua nihilominus virtute fultum eſt & fortaſſe etiam influxu ſuo cœlum empireũ terram attingit, iuxta chriſtianos doctores loquendo, cuius omnino virtutis ignari extiterunt aſtrologi, atq; idcirco rerum inferiorum veram ex cœlo cognitionem accipere non valent. In octauo quoq; orbe innumera ſunt aſtra parua, quæ minime conſpicua ſunt, & innumera pariter, quæ obtutibus noſtris patent, quorum ſane virtutes ipſos latent aſtrologos, ſicut illi fatentur. Si itaque omnia ea aſtra influunt paucarum autem ſcientiam habent ſicut ipſi affirmant, ſatis exinde conſtare poteſt, quã incerta ſit eorum diuinatio. Oporteret ſi quidem ad certam diuinationem habendam omnes eorum vires agnoſcere, vt impedimenta, quibus vnum aſtrum alteri aduerſari poteſt percipiãtur. Poſſet etiã quiſpiam plures orbes pręter eos, qui ab aſtrologis poſiti ſunt conſtituere. Quapropter Ariſt. Eudoxi aſtrologiæ ſectator multo plures facit, quam recentiores aſtronomi, aitque plures etiam planetas aſſeri poſſe, qui non cernuntur, alioſq; prætcrea motus minime deprehenſos, negare etiam epiciclos, atq; eccentricos, quod nonnulli faciunt peripatetici,

Cœlum empireum agere in hęc inferiora aperte docet D. Th. p. p. q. 66. ar. 3. de quo alia vide ibi & 2. d. 12. ar. 5.

E tot ſtellis tantum mille & viginti duarum notitiã tradunt Ptolemæus, & alij Aſtronomi.

Ariſtot. 12. met. T. c. 46. & 47. Eudoxi & Calippi opiniones referens nihil ex propria ſẽtentia determinat.

D. Th. epiciclos & eccentricos non ponit neceſſarios, ſed probabiles p. p. q. 32. ar. 1.

vt nullo fixo inniti fundamento aſtrologos facile perſpici poſſit. Animaduertant quoq; quòd ſi nonum orbem ponant, qui ab oriente in occidens viginti quatuor horarum ſpatio circumagatur, ſecumq́; cæteros rapiat orbes, aiunt octauum orbem contra nonum motu proprio ab occidente in oriens ſuper Zodiaci polos circumuolui, vnum tantum gradum centum annorum curriculo pertranſiens, Vnde octaui orbis Zodiacus à primi mobilis Zodiaco diuerſus eſt ſemper, quod tanquam regulam firmam aſtrologi ſequuntur, attamen ſol ſub noni orbis Zodiaco per lineam illius, quam eclipticam vocant ſuo motu incedit, à quo planè ſolis motu, omnes qui in terra, aut ſub cœlo gignũtur effectus proficiſcũtur, vt ſine ipſo nihil penitus gignatur, propterea eorum diuinationum fallacia ſatis perſpecta eſſe poteſt. Non enim parum huiuſmodi difformitas refert. oportet nanque affirmare in varia ſemper cœlum diſpoſitione conſiſtere. Quapropter libri ad pronoſticandum præteritis editi temporibus, etiam ſi tunc vtiles extitiſſent, nullo nunc ſunt adiumento, cum planetæ, cœlumq; ipſum totum eandem, quam prius habebant diſpoſitionẽ minime retineant. Si autem dixerint ex talis Zodiacorum diuerſitatis notitia, quam inuenire ſciunt, effectuum quoque ſe diuerſitatem

Zodiacus primi orbis diuerſus à Zodiaco octaui.

Libri aſtrologorum parũ vtiles.

Vide Pic. lib. 8. cap. 2.

prænoſcere, inanis eſt profecto iſthęc reſponſio. Primum quoniam ſi ex uaria cœli diſpoſitione effectus varietatem recipiunt, nullum prorſus, aut pręſentis, aut futuri experimentum accipere queunt, cum adhuc quid pręſens efficiat, aut ſequens efficiet diſpoſitio experimento non didicerint. Præterea fugere non poſſunt, vt fateri cogantur aſtronomorum pręteritos libros temporibus inſtātibus minime fore conducibiles. Ad huc quantum alter ab altero Zodiacus difformis exiſtat ob primam eorum poſitionem ſcire non valent. Quoniam cū primi mobilis Zodiacus fixus ſemper maneat, quem veluti regulam aſtrologi ſequuntur, cumq; octaui orbis Zodiacus deſignationem habeat atq; in partes duodecim iuxta diuerſa aſtra diſtribuatur, ad huius difformitatis exactam cognitionem habendā, quę nam illorum prima fuerit cōformitas intelligere operæpretium eſt. Neq; vllam vero ſimilem adhibere poſſunt aſtrologi præter hanc, videlicet quòd principium illius ſigni, quod canerum appellant in octaui orbis Zodiaco principio caneri noni orbis iungatur, paritérq; initium capricorni octaui orbis initio eiuſdem in nono orbe nectatur, idemque in cæteris reſpondenter accipiatur. At hoc inficiari quis facile poterit, vt dicatur in exordio mundanæ fabrefactionis canero noni orbis

Zodiacorum difformitas ſciri non poteſt.

bis

bis reſpōdiſſe, arietem octaui, aut aliud eius ſignum, quoniam cum ſuper Zodiaci polis perēni motu rotatur, quodlibet eius ſignum cum ſigno cancri noni orbis iungi poteſt. Vnde qualis ſit illorum Zodiacorum cōformitas certò cognoſci non poteſt, ac proinde nec eorum difformitas, ſed latet. Cui planè rationi adſtipulatur temporum incertitudo, quandoquidem mundi creatio pūctaliter ſciri nō poteſt, cum ob hiſtoriarum varietatem, tum ob incertam annorum ſupputationem, in cuius ſanè creationis initio, ambos Zodiacos conformiter conſiſtere, ſeſeq; cohærēter habere dici poſſet. Quòd ſi etiam iuxta philoſophorum placita loqui velimus, peius hanc aſſequemur notitiam. Si nanque mundum æternum faciunt, conformitatis illorum principium inueniri non poterit, ſi vero temporaneum ſtatuūt, cum ipſius durationis initium ignorent, conformitatis illorum punctum inueſtigare nequibunt. Si itaque aſtronomi ad primi mobilis Zo-

A mūdi creatione vſq; ad Chriſtum hebręi recentiores ponūt annos 3760. Philon. 3960 Græci cū Euſebio 5200. 70 Interpretes 5321. Latini ex Iſidoro 5196. Oroſius, & Beda 5199. Aſtronomi ex Albuſamar 5328. Ex Alphonſo 6984. Hermannus 3952. Quidam vero 4035.

Ariſt. opinio de æternitate mundi, quam tamen nō demonſtratiue, ſed opinatiue tenuit, prout habet D.Th. p.p.q.46.ar.1.

diacum veluti ad normam ſpe-ctãt, cum is octaui orbis Zodiaco non reſpondenter ſe habeat, vnde Ariſtotele auctore rerum varietas oritur, idq́; non ob figuras, vt tradunt aſtrologi, ſed ob ſolis motũ, quanta ſit huius aſtrologiæ incertitudo liquido patere poteſt. Non enim parum apud ipſos talis varietas refert, quin affirmant, cum totum cœlum ad primam eius diſpoſitionem curſu redierit, atque Zodiaci conformes inuenientur, eædem in mundo res redibunt, iidemq́;, qui antea extiterunt homines, aiuntq́; (non tamen exerta voce, ignis metu, ſed clãculũ apud ipſos, hanc futuram eſſe reſurrectionem, quã prophetę, apoſtoliq́; prædicauere, fingentes etiam eos aſtrologos. O dementes, ſtultiq́; homines, non intelligentes, ſi etiã ad eundem curſum cœlum reuertatur non eaſdẽ propterea res, niſi in ſpecie fore conſequturas. Vnus eſt nanq; naturæ agendi modus, quæ quidem tota vi ſua nec mortuum excitare, nec cæcum illuminare, neq; quicquam aliud alia ef-

ficere

12. Met. T. c. 34. motus diuinus efficit perpetuitaté generationis, ſed motus Zodiaci diuerſitatem in generat one. Vide S. Th. p. p. q. 104. ar. 4. & q. 67. ar. 4. ad 3.

Huius opin. meminit Auguſt. 12. libro de Ciu. Dei: quam veluti ſtultum deridet, eo quod redire cuncta ponebat ſpatio triginta ſex miliũ annorũ, quia tunc corpora cœleſtia in eadem diſpoſitione erunt, eius etiã meminit Sco. 4. d. 43. q. 9.

Aſtrologorũ dementia.

Vnus naturæ agẽdi modus.

ficere ratione præter eã, qua cuncta producit, nempe generatione, nõ autẽ reſurrectione. Sed eorũ infidelitas ſimul cum veræ philoſophiæ ignoratione in hos eos errores præcipites agit. Fundamenta quoq; eorm alia nutantia, nulliusq; prorſus firmitatis luce clarius cõſpiciũtur. Plurimum enim cœleſtibus nituntur figuris, potiſſimum duodecim Zodiaci ſignis, putantq; figuras illas ſibi ipſis ex aſtris effor-matas, aut melius effinctas magna virtute cõſtare, multaque ſignificatione præſeferre. Quod quam friuolum, atq; ridiculum potius ſit, quam reprobatione dignum, diligenter intuenti perſpectum eſt, cum eiuſmodi figuræ fictitiæ ſint, quemadmodum iam diximus, nulluſque eſt in tanta aſtrorum multitudine qui ea varie aptando, ac componendo quamlibet in eis figuram imaginari non queat, præſertim quòd nullam in cœlo figuram reperiant, quę quid ipſi volunt exacte reprę ſentet. Vt ſi per exemplum dicamus in ſigno leonis qui diligenter ea aſtra intuebitur, quibus leonem figurant, iiſdem profecto etiam canem, ſeu aliud animal efformare, & effingere poteris. Idemq; in aliis cœli ſignis videre libet, Quod cum excuſare vellet quidam eorũ dodoctor Manlius, rem quidem riſum excitantem dixit, nempe cœlicas figuras paucis conſtare aſtris, inchoataſq; eſſe potius quam perfectas,

Caiet. ſupra 22. q 94. artic. 2. imagines aſtronomicas abſque characteribus vt ſunt effectus cœleſtis ſyderis non damnat.

Vide Pic. lib. 8. cap. 5.

Figuræ cœli fictitiæ.

Manlij ridiculum.

fectas, quoniam ſi completę eſſent, ob nimiā aſtrorum multitudinem vniuerſum incenderetur. Sed venia illi detur, quippe qui poeta eſſet. Zodiaci igitur imagines, partitioneſq; ad cœli motum diſtinguendum, temporumque varietates ab hominibus excogitatæ fuerunt, quæ ſane aliam nomenclaturā ſuſcipere, atq; imaginationem aſtris ipſis etiam immutatis recipere poſſent. Et quemadmodum ex animalium figuris eas ſibi formauere imaginationes, ita quoq; ex domorū, aut caſtrorum, aut arborum, ſimiliumq́, efformare, atque effingere poterant, paritérq; temporum diſtinctioni inſeruiebant. At Deum naturamque leones, dracones, canes, Scorpiones, Vaſa, Sagittas, monſtraq; in cœlo deſignauiſſe exiſtimare fatuum eſt. Neq; ratio afferri poteſt, numeri, diſtantiæ, propinquitatiſq; aſtrorū, propter quod alterum alteri proximius ſit, aut remotius. Atq; idcirco ſatis exploratum eſſe poteſt, quam debilibus fulciatur diuinatio hæc fundamentis, cum nullo penitus innitatur, quandoquidem fictitia ſunt.

Zodiaci imagines ad quid deſeruiant.

Ex natiuitatis puncto vanam accipi diuinationem. Cap. 11.

QVÒD ſi hæc etiam fundamenta vera ſupponantur, nulla erit propterea aſtrolo-

giæ

giæ certitudo, quin penitus incerta eſt. Omnis nanq; illorum diligens cura, cum futura hominum diuinari, atq; prædicere audent eſt ad natiuitatis punctum aſpicere, quem quidem inuenire impoſſibile eſt. Opus enim eſſet quando puer naſcitur aſtrolabium manu tenerent aere ſereno exiſtente. Quod etiam ſi efficerent de natiuitatis puncto certi non eſſent. Exigeret ſi quidem hoc, aſtrolabium omni ex parte perfectum, abſolutum, atq; iuſtiſſimum, quod fere impoſſibile eſt adinuenire, ſicut vnus ex illis Henricus Batten in aſtrolabiis conficiendis peritiſſimus fatetur; aſſeritq; Aſtrolabium nulla ex parte fallax cõponere fieri vix poſſe. Id quod experimento quotidiano ab aſtrologis comprobatur. Siq; etiam iuſtum daretur aſtrolabium, natiuitatis punctum certum non indicaret, quandoquidem oculus ſæpe ex vaporibus inter viſũ, & aſtra interpoſitis fallitur, & hoc ob radiorum refractionem, qua quidem ſol, aut aſtrũ in alio, atque alio ſitu conſiſtere videtur; & quandoq; ſuper terram apparet, cũ ſubtus ſit, quemadmodum repręſentatur iacenti numiſma argẽteum in vas aquæ ad ſummum vsq; plenum, quod ſane ad certam diſtantiam ob radiorum refractionem cõſpicitur, ad quam quidem diſtantiam ſi vas eſſet vacuum minime videretur. Decipiuntur pręterea ex tabulis,

Natiuitatis punctum inuenire impoſſibile eſt.

Aſtrolabium perfectum inuenire difficillimum.

Henricus Batten.

lis, quæ vt plurimũ, aut falſę, aut imperfectæ ſunt. Cum igitur ex eorum ſententia non parum referat, vnus retro, aut ante punctus magis quam alius in cœli curſu velociſſimo, ac tempore breuiſſimo; vnaq; ab altera conſtellatio varietatem faciat, quam incerta ſit eorũ diuinatiõ in natiuitatis puncto accipiendo, ſatis conſtare poteſt. Si autem dicant, parum, aut in plus, aut in minus nihil referre, ſtatim illis Iacob opponetur, qui naſcens Eſau plantam manu tenebat, aliiq; etiam gemini ex eodem ventre editi, quorum vnus poſt alterum natus eſt, aliorumq; etiam, qui eadem fere hora in lucem prodierunt, moribus ſtudiis, fortunaq; longe diuerſi. At inquiunt, cum illis natiuitatis hora datur, quanuis punctum non habeant, regulam nihilominus ad illum inueniendum habent, quæ res creditu ridiculoſa eſt, cum hoc nulla naturali cauſa explorari, aut inueſtigari poſſit. Quod ſane in eorum ipſis iudiciis oſtenditur. Quoniam ſi aſtrologum decem homines

Quare ſi cõtigerit eos eſſe ſimiliter diſpoſitos gemelli ſimiles erunt, ſi vero nõ contrariũ. Ita reſpondet Lucius Bellãtius in q. 1. ad 8. p aſtrologis.

Si in natiuitate geminorum poteſtates ſignificatorũ in locis obſeruandis, mutatæ non fuerit plures ſignificatores per ordinem eiuſdem pene figuræ electi ſic natis cooperabunt, vt primus ſignificator primo nato, ſecundus ſecundo tribuat, & ſic deinceps.

Pic. lib. 3. c. 3.

homines accerſirent eadem hora nati. ſi nullus ex illis horæ punctum tribuat, ad eundem punctũ ab aſtrologo reducerētur, idemq; de omnibus iudicium ſumet,cum datā regulam tranſire non valeāt. Quod autem de hominum natiuitate,idem etiam de Vrbium initio aſſeritur, cum neq; inchoationis illarum, neq; terminationis punctum cognoſcere queant. Sed percontemur aſtrologos, quare natiuitatis magis, quam conceptionis punctum capiunt, cum in cōceptione primam à cœleſtibus corporibus impreſſionē homo recipiat. Quapropter neceſſarior ea obſeruatio aſtrologo foret, vt momētum illud agnoſcerent, in quo ſemen matrici infuſum fuit, aut cum efformatus eſt embrio, aut cũ intellectilis anima corpori vnitur, quam ſi natiuitatis attingeret punctum. Illis nanq; inſtantibus materia ad formę receptionem pręparatur. Neq; nos latet magnum eſſe diſcrimen,bonam,aut malam ſortiri corporis diſpotionem etiā in rębus humanis. Ąt in natiui-

tate

Pic.lib.4.c.7.

Affirmant aſtrologi principium hominis quātũ ad cōceptionē.ſ. emiſſionē ſeminis in vtero poſſe cognoſci, & quātũ ad natiuitatē ex vtero, non aũt quo ad infuſionē aīę,quæ à primo principio pendet. duo erga principia ſignificatiua obſeruāt .ſ.conceptionis, & natiuitatis,primum diſponit ad cōplexionē, & eſſentialia corporis,alterũ vero menſurat ea, quæ

homini complexo, & per ſe viuenti anectuntur, vt accidētia vitæ commoda vel incommoda, & hoc ſecundũ principium pluris faciunt, quia tunc homo ꝑ ſe viuens exiſtit tanquam diſtinctũ ab alio.

Vide Lucium Bellantiũ, in q.14. ar.2. ꝑ defenſ.aſtrol. Picus aũt probare nititur etiā ex ſentētia Ptolemęi, plus cōceptui tribuendũ eſſe,quā natiuitati lib.7.c.3.

Pic. lib.4. cap.11.

tate iam habita eſt diſpoſitio, quæ quidem mutari non poteſt. Non parum itaque in hoc aſtrologi aberrant. Si enim huiuſmodi momenta exquirere vellent, potiſſimum formationis embrionis, aut infuſionis animę illis dare impoſſibile foret. Atq; ideo natiuitatis punctum accipere nihil eis opitulatur.

Stultam eſſe obſeruationem punctorum aſtrologorum in humanis actionibus. Cap. 111.

QVOD ſi natiuitatis, conceptioniſq; momentum adinuenerint, nec propter hoc à vanitate, atq; ſtultitia aſtrologiam vindicabunt. Quoniam & ſi alicuius rei cognitio à cœlo hauriretur, nil aliud ob id percipi poterit, niſi hominis affectio, & inclinatio, aut in iram, aut in atram bilem, aliaſq; animi corporeas propenſiones, id autem quod ex eis accidere illi poteſt neutiquam ſciri valet, ſicut in ſuperioribus latius explicauimus. & quoniam aſtrologi docent à cœli influxu eam tunc recipi impreſſionem, per quam dignoſcitur aliquis ſi fortunatus fuerit, aut infortunatus, quidq; toto vitę decurſu ſit ei agendum, eam tunc ſuſcipere impreſſionem exiſtimantes, perinde ac medicamẽtum æger ſuſcipit, quo ſane medicus quid operabitur, diiu-

D.Th. lib. 3. contra gentes aperte docet ex diſpoſitione relicta à corpore cœle-

diiudicat. Demus autem ſic ſe habere, quanquam falſum eſt, petamus vero ab aſtrologo, num bona fortuna, quam homini cœlũ promittit à libero arbitrio, aut qualitercũq; impediri poteſt, nec ne. Si ait impediri poſſe, cum re uera innumeris propè modis, ob rerũ naturalium, humanarumq; incõſtantiam impediatur, inutilis profecto, ac vana hæc diuinatio videbitur, quippe quæ certitudine careat; Si autem impedimentum neget, aufert in primis liberum arbitrium inutilis prætere a eſt huiuſmodi aſtrologię inſectatio, quoniam ſi ſic ex neceſſitate vti cœlũ pertendit, & inclinat eueniet, non eſt cur amplius aſtrologiæ puncta obſeruentur. Quicquid enim velis agas, obſeruesq; ita omnio erit, ſicut à cœlo diffinitum eſt. Siq; concedat aſtrologus obſtaculum illi fortunæ poni vtiq; poſſe, verũ tamen canonum aſtronomicorũ obſeruatione iuuari, neq; iſta reſponſio quicquam facit. Natura enim certius arte operatur, at natura in rebus inferioribus perra-

ſti in corpore nr̃o dici aliquem non ſolum bene fortunatum, aut male, ſed etiã bene natum, aut male, pro quo laborat Pic. libro 4. cap. 2. Sicut è cõtra Lucius Bellantius libro 4. contra Picum pro defen. aſtrolog. exultat in fauoré aſtronomicæ prędictionis.

Sed aſtrologi exactã certitudiné non prætendũt in ſuis pdictionibus, ſed eã quæ eſt vt in pluribus, quę tamen ex ſingulari cauſa deficere põt.

Natura certius arte operatur.

Cœleſtia agẽtia licet in ſe ſint neceſſaria relata tñ ad hæc inferiora sũt agẽtia, vt in pluribus, & quandoque deficiẽtia, qa modificãtur in corporibus ſubcęleſtibus potẽtibus deficere. Vide Caiet. p. p. q. 115. art. 6.

ro fallit, in ſublimibus autẽ, atq; cœleſtibus nunquam apud philoſophos. Satius certe foret naturæ inſtinctum in omnibus, quòd que etiam in phantaſiam cœlum imprimit, quam Aſtrologorum leges ſectari. Aſtrologus etenim errare, labiq; poteſt, cœlum vero minime; Vnde Zoroaſtrum aſtrologum maximum infœlicem legimus à Nino deuictũ, qui aſtrologiæ deditus non fuit. Pompeius pariter, qui aſtrologiæ fidebat infortunatus extitit, at Cæſar qui eam contempſit fortunatus. Iuſtinianus imperator acerrimus illius perſequutor inter fœliciſſimos habetur. quemadmodũ apoſtata ille Iulianus ſua ſuperſtitione miſerrimus euaſit. Franciſcus Sfortia, qui odio aſtrologos proſequebatur, vt de illo fertur, propitiam ſenſit fortunam. At aſtrologi vt plurimum miſerabili calamitate contabeſcunt. Quapropter ſi à cœlo regi homines verũ eſt, longe melius eſſet phãtaſiæ motui, atq; impreſſioni, quam aſtronomicis hęrere regulis. Vos igitur,

Zoroaſtri meminit Auguſtinus lib. 21. de Ciu. Dei.

Quidã dicũt Cæſarẽ aſtrologiã calluiſſe, qui fatalẽ ſibi ſtellã in vexillis ſuis pictam deferebat.

Pic. lib. 2. c. 2.

Franc. Sfortiæ opponunt quidam Federicum ducem Vrbini fœlicimum, qui aſtrologiã nõ ſpreuit.

tur, qui aſtrologiæ fidem adhibetis, atque à cœlo omnia pendere arbitramini, nolite aſtrologis pecunias amplius erogare. Conducibilius quippe vobiſcum agetur, phantaſiæ impreſſionem, cœliq; inclinationem ſectari, quam illorum aſtrologiam, quæ in errores vos ſæpius deiicit, aut aſtrolabij fallacia, aut ex mala ſupputatione, aut aliis de cauſis, atq; ita rei veſtræ iacturam minime facietis. Afferant præterea aſtrologi rationem, quare principibus, cœterisq; momenta aliqua obſeruare faciant, nempe equum, aut nauim aſcendendi, vel deſcendendi, ſeu primum lapidem edificij ponendi, ſiue nouam induendi veſtem. aut vxorem magis in hoc, quam in alio momento ducendi, aſtrolabium manu geſtantes, perinde ac ſi magna molirentur. Aliud equidem dicere nõ valent, niſi quòd cœlum eo momento, quo hominem ita inſtruunt aliquid in eo imprimit, vnde opus ſuum (inquiunt ipſi) fœlicem exitum habebit. Interrogemus ergo eos, ſi hæc illius momenti cõſtellatio extitiſſet, etiam ſi ab iis non obſeruata fuiſſet. Certe id affirmabunt, ne dementes eſſe velint. Rurſus quæro ab ipſis, ſi homo opus non incæpiſſet, aut iter eo tempore non arripuiſſet, an ea conſtellatio vim ſuam in illum impreſſiſſet. Si aiunt, nõ eſt igitur opus aſtrologiæ pũctũ obſeruare.

Si

Si negant, ſequitur ergo, vt quicquam de nouo aggredi, aut equitando, aut nauigando ad impreſſionem illam ſuſcipiendam diſpoſitio & medium fuerit. Cum igitur ex perenni cœli conuerſione, nouę efficiantur, diuerſęq; conſtellationes, hominesq; qualibet fere hora diuerſas functiones habeant, variæ itaque in illis impreſſiones continuo fient. Aut enim de omnibus, aut de nulla hoc dari oportet, quę enim vnius quàm alterius ratio maior dici poteſt? Quòd ſi de omnibus eſt concedendũ, aſtrologi hominibus, à quibus conſuluntur minime ſuaderent, ne hoc momento equitarent, aut tale quid opus auſpicarentur, ni ex diuerſis conſtellationibus, diſpoſitionibusq́, diuerſas prodire impreſſiones certò crederẽt, à quibus operationes quoque diuerſę bonę, & malę procederent. Quòd ſi ita eſt, quoties homo à ſomno ſurgit, aut veſtiri incipiet, vel ad baſilicam perget, aut ad prandium reuertitur, aut quiduis aliud aggreditur in nouas ſemper ob conſtellationum varietatem impreſſiones incidet. Quæ ſane conſtellationes, atq; diſpoſitiones cum diuerſæ ſint, & quandoq; contrariæ, perplexus erit vtiq; homo, vnaq; alteri impreſſio obſtaculum præbebit, neq; quicquam, quod bonum ſit efficere poterit vnquam, aut ſecum aſtrolabium ſemper deferat, habeatq; aſtrolo

gus

gus perpetuum comitem, atq; aſſeclam etiam in cubile, neq; pedem commoueat, ni prius bona ne, an mala conſtellatio fuerit aſpexerit. & quoniam equum aſcendere deſcenſui contrarium eſt, animaduertere opus erit, ne in deſcenſu contrariam primæ influentiam recipiat, contrarię nanque diſpoſitiones contrarias ſequuntur formas. Atq; ideo ſi aliqua neceſſitate ex equo ſe deiicere opus eſſet. bona vtiq; influentia expectanda eſſet, quę omnia riſum excitare poſſunt, digna certe fabuloſis muliercularum colloquiis, quæ brumali tempore prope ignem narrari ab iis ſolent. In cœlo pręterea influxus malos, aſtraq; ad malum inclinantia ponere ſtultiſſimum eſt, vt in ſuperioribus diximus. Natura ſiquidem in bonum ſemper tendit, & ad optimum aſpicit, ſicut philoſophi dicunt. malum autem ex ea non prodit, vt illa ad malum tam in cœlo, quam in terra propenſionem agat, ſed ex obſtaculo illi obiecto, atq; materiæ defectu, diſpoſitioneq;, quorum ſane defectuum, impedimentorumq; expers omnino cœlum eſt. Quapropter in cœlo bonę tantum reperiuntur inclinationes, malum autem, quod in terra conſpicimus ex praua materiæ affectione, vel hominum voluntate proficiſcitur.

Vane aliquot opiniones, ſtultaq́ aſtrologorum fallaciæ, vt ex his aliæ quoq; percipiantur, eorumq́ vanitas deprahendatur. Cap. IIII.

EX multis quoq; , quæ particulatim aſtrologi conſcribunt, eorum fatuitas explorata eſſe poteſt. Quorum ſane non nulla in medium afferemus, vt ex iis quilibet intelligat eorũ libros fabulis reſperſos eſſe, rebusq; magis dignis, quæ effusè rideantur, quam quę diligenter refutentur. Stultum quippe eſt, quod à Ptolemęo aſſeritur; Si in vrbis conſtructione, Mars cœli medium tenet, illius vrbis principes gladio interituros, perinde ac ex illa conſtellatione peſtis, aut malus influxus ciuitatis lapides hac mala qualitate afficerentur, non principes, ſed potius eius ciuitatis incolæ, qui minori ſane cuſtodia aſſeruantur ea peſte inficerentur. At longe dementius eſt, quod alij affirmant. Cum Mars in nona cœli regione fœliciter conſtituitur, tantam nobis virtutem conferi, vt ſola præſentia ab humanis corporibus dęmones eiiciamus. Nam ſi dęmon ſpiritus eſt, nulla dubio procul corporea virtus vim in illum ſuam exerit. Ridiculum præterea eſt, quod ab Albumaſare docetur, fore ſcilicet, vt cũ luna ſoli in Boreali nodo

Libro fructuũ q dicit Cētiloquiũ Aphoriſ. 36. quem librum recentiores aſtrologi non legittimũ Ptolemęi agnoſcunt.

Vide Pic. lib. 3. cap. 11.

nodo iungitur (is eſt duorum circulorum ſe inuicem interſecantium, qui Draco barbare, & eorum interſectio caput, & cauda draconis nuncupatur) qui tunc ad Deum præces fuderit, is omnium, quæ optauerit compos efficiatur. O ſtulti, qui diuitias adeo ardenti animo concupiſcitis, & principibus inſeruitis, quare tunc Deum non oratis, vt aureorum millia vobis largiantur, principeſq; Dominos, atq; magnates vos conſtituat. Præterea iidem in magnis coniunctionibus, potiſſimum cum Saturno Iuppiter iūgitur vim magnam conſtituunt, aſſerentes nihil magni contingere, quod aliqua grandis coniunctio non præceſſerit, cunctaq;, quæ præteritis tēporibus maximi ponderis obtigerunt præcipuis illorum tēporum coniunctionibus tribuentes. Quæ quidem res dementia non caret. Quoniam ex hiſtoriis certam fidem ſumere non valemus, quantum temporis, inter mūdi exordium, eaq; magna interceſſerit, pariterq; inter illa, noſtramq; ætatem. Neque enim temporis eius à mundi initio vſque ad diluuium, neque à diluuio ad hoc tēpus quic quam certum habemus. Variæ ſiquidem extant hiſtoriæ, diuerſæq; hiſtoriarum opiniones, ac ſacræ ſcripturæ interpretum. At aſtrologi, cum ad ipſorum placitum hiſtoria non loquitur, quos volunt ſibi annos effingunt hi

De magnis coniunctionibus lege apud Pic. lib. 5. cap. 2. 3. 4. 5. 6.

Iuxta vulgatam hebraicam veritatē à mūdi exordio vſq; ad diluuium cō putātur anni mille ſexcenti. quinquaginta & ſex.

ſtoriasq; falſitatis inſimulant, quantaq; ſit illorum ignorantia, quamque parum his credi oporteat ex his quæ diximus ſatis perpendi poteſt, cum præſertim ſupernaturalia, & miracula, totam naturæ vim, cunctaq; creata tranſcendentia aſtris temere ſubiiciant. Eaq; eſt eorum arrogantia, vt etiam Chriſti fidem, resq; eccleſiæ, quæ ſpiritus ſancti gratia reguntur, quæ ne dum cœlo non ſubduntur, ſed quamlibet creatam virtutem excellunt, aſtris ſubiiciant. At ex mendaciis quæ dixerunt ſcripſeruntq;, quęq; indies dicunt, ſcribuntq; eorum impietas, atq; demētia ſit amplius perſpicua & illuſtris. Quorum ſane non nulla in medium afferemus, vt ipſorum vanitas melius pateat. Albumaſar Chriſti fidem, non amplius quam annis millenis quadrigentis, & ſexaginta duraturam dixit, qui tamē anni elapſi ſunt, cū tamen annū agamus milleſimum, quadrigenteſimum, & nonageſimū ſeptimum, & adhuc fides Chriſti perſeuerat, ad mundi finem vſq; duratura. Abraham iudęus, inter aſtrologos maximus habitus dixit poſt annum Chriſti milleſimum quadrigenteſimum, & quadrageſimum quartum, quo anno Iupiter cūm Saturno in cancro coniungeretur, aut certe anno milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo quarto, quo eadem cōiunctio in ſigno Piſcis futura eſſet, futurum

Aſtrologorū arrogantia.

Pic lib. 5. c. 1.

Abraham iudeus.

vt

vt naſceretur meſſias, hebręorum populum in libertatem aſſerturus, quoniam eadem ſimilique coniunctione Moyſes populum ab Aegypto liberum fecit, eiq; legem conſtituit. Attamen tantum abeſt vt poſt has duas magnas coniunctiones ſit exortus meſſias populumq; libertati reſtituerit, vt iidem poſtea diuexati ſint ærumnis, atque calamitatibus penè infinitis, quas poſt Hyeroſolimarum euerſionem vſq; ad magnam illam conſtellationem anni milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi quarti acceperunt, quandoquidē religioſiſſimus Hiſpanię rex diuitiis opulentos, ingenti numero è ſuis regnis expulit, ac deturbauit omnes. Vnde plurimi aquis ſubmerſi interierūt, complures peſte conſumpti, alij fame diſtenti, totq; anguſtiis incōmodisq; affecti, profugi, vagiq; per orbem diſperſi ab omnibus reiecti ſunt & refutati. Illa certe Iouis cum Saturno coniunctio pluries poſt Moyſem contigit, attamen nihil in mundo magni momenti effecit. Arnaldus Hiſpanus, Antichriſtum aſſeruit anno milleſimo trecenteſimo, & quadrageſimoquinto naſciturum, qui tamen Antichriſtus adhuc non apparuit, niſi in perditiſſimis illius mēbris hominibus. Aliacenſis pacem in Conſtantienſi Concilio in eccleſia componendam non eſſe, ſed multam chriſtianę religionis ſubuerſionem futu-

Ferdinandus Hiſpanię rex.

Iudeorum calamitates.

De hoc meminit Pic. libro 5. c. 4.

Pic. vbi ſup.

ram dixit, quę tamen pax Eccleſię reddita eſt, magno illo extincto ſchiſmate, quod per annos quadraginta durauit, duobus modo, modo tribus exiſtentibus pontificibus, Martino quinto creato, cęteris vero depoſitis. Nulli quoque reperiuntur homines, aut imprudentiores, aut magis mendaces. Sex etiam conſtituunt religiones. Vt cum Saturno Iuppiter iudeorum. Idem cum Marte Chaldeorum, qui ignem adorant. Cum ſole Aegyptiorum ſolem colentium. At cum Venere Saracenorum. Cum Mercurio chriſtianorum, cultum & religionem pepererit, pariturusq́; ſit cum Luna Antichriſti impietatem. Quod ſane, quantam in ſe dementiam contineat, quantumque riſum excitare valeat quis etiam ingenio mediocri non conſideret? Miror autem Romanorum idololatriam eos præteriiſſe, aliarumque gentium pariter, quarum mundus plane totus iam fuit plenus. Quòd ſi dicant. Idololatriam omnem ſub illa Chāldeorum ignem venerantium, aut ſub ea Aegyptiorum ſolem colentium complecti: peto ab ipſis, num idololatrię omnes pro vna habentur religione, an vero diſtinctione opus ſit, vt dicant tot extitiſse religionis idololatrias quot rerum quæ colebantur diuerſitates erant, ſicuti Chaldaicam ab Aegyptiaca religione ſeiunxerunt.

Vide apud Pic. libro 5. cap. 15.

xerunt. Si ſub vna omnes contineri volunt, qua igitur ratione Chaldaicam ab AEgyptiaca diuiſerunt? Vnicam certe debuerunt idololatriæ nominare religionem, & non quinque illas facere. Si vero tot faciunt, quot res, quæ in colentium ritum veniunt, innumerabiles profecto religiones erunt. Quòd ſi dicunt idololatrię partem ad Chaldeos referri, partem ad AEgyptios, hoc certe nulla ratione conſtat, quandoquidem non omnia idola Chaldei, & AEgyptij colebant. At potius Romanorum idololatria in medium reuocanda erat, qui templum Pantheon in quo idola omnia venerabantur condiderunt. Præterea vbi tantam hęreſum ſectarumque diuerſitatem reliquerunt, in quibus plane tamen varij ritus, atque multigena religionis ſuperſtitio reperitur. Miror quoque aſtrologos, qui Chriſtiano nomine cenſentur iudaicam religionem, quę fuit ante Chriſtum incarnatum à chriſtiana ſecernentes, cum tam ex ſanctorum patrum ſententia vnica ſit religio, hoc ſolo diſcrimine ſeparantes, quòd iudaica credit in Chriſtum venturum, at chriſtiana in eundem, qui iam venit. Siq; iudeorum ceremoniæ in externis actionibus à noſtris longe lateque diſſidebant, noſtras tamen myſticè ſignificabant, vt vnum, atque idem in ipſis penitus referretur.

Quod Bonifacio ſancto papa in honorem omnium ſanctorũ dedicatum fuit vt teſtatur Rabanus in Serm. omniũ ſanctorum.

Eadem fuit fides antiquorũ ante Chriſtum quę eſt noſtra vt pluries docet D. Th. 22. q. 4. art. 6. & 3. q. 70. ar. 1. & alibi.

Vide D. Th. 12.q.102.& 103.

Enimuero ſi horum rationem ab aſtrologis petas, nullam profecto in medium adducent, aut certe fatuam, inſipidamq́; proferent, quẽadmodum quidam ex eis Mercuriũ chriſtianæ præeſſe religioni affirmãt, propterea quòd motiones ille multas habeat cognitu perdifficiles. & chriſtiana religio difficillima, & inacceſſa fore credit.

Mercurium chriſtianæ religioni aſtronomi præficiunt.

At cur magis Mercurium non faciunt chriſtianæ religioni aduerſarium, in qua nec volubilitas nec incõſtantia reperitur ſicut in Mercurio quia nulla ſtabilior, aut firmior reperitur, vt ex perſequutionibus, quibus diuexata eſt patentiſſimum eſt. Alij autem Mercurium Deorum bibliothecariũ faciunt, atq; idcirco chriſtianę religioni congruit, in qua librorum ingens eſt copia. At cur Aegyptiacæ ſuperſtitioni Mercurium illius Ptolemæi tempore, qui tot tãtosq́; libros in Aegypto congeſſit? aut cur Athenienſium religioni in Græcia non proficiunt Ariſtotelis, & Platonis tempore? O inſani dementesq́; aſtrologi, quas

Mercurium Deorum bibliothecariũ aſtrologi faciunt.

Ptolemæus Philadelph⁹, qui poſt Ptolemæum lagi filium regnauit, & pluſquam quinquaginta milia librorum in bibliothe-

pue-

cam coegit, à 70 interpretibus ſcripturã in grecũ Idioma verti fecit. auctor. eſt Petrus Commeſtor.

Pic. libro 5. cap. vltimo.

pueriles effutitis rationes, atq; fabuloſas. An ſoli chriſtiani libris abundant? Harum itaq; fabularum, atq; mendaciorum libros ſuos reſperſos habent, indignę ſanè vt ratione confutentur aliqua, ſubſannatione autem, atque deriſione quam maxime dignæ. Libri certe illi ſalſamentariis, aut cupedinarijs tradendi eſſent. Sed ab aſtrologis percõtemur vera ne, an falſa ſit chriſtiana fides. Si veram aſtruunt, falſa dubio procul, vanaq; erit eorum aſtrologia, cum vt in ſuperioribus oſtendimus à chriſtiana doctrina reiiciatur, atq; explodatur. Si falsã exiſtimãt, cœlum igitur in malum, falſumque, quin in errores grauiſſimos incliuat. Nam ſi Chriſti fides veritate careret, nullus planè error adeo grauis dari poſſet, quam crucifixum Deum eſſe aſſerere. Cum itaq; sẽper fuerit chriſtiana fides, (nam in iudęis, vt prædiximus primo extitit) ſemper igitur hic aſtrorum prauus influxus in cœlo extitit. Cumq; nulla chriſtiana vita ſanctior ſit, ſi cœli vis in grauiſſi-

Vide D. Th. 1. cõtra gen. cap. 6. & Caiet. 3. p. q. 43. art. 4.

D. Tho. hoc declarat 22. q. 2. art. 7.

Hoc ab auctore diſerte probatur libro.

de ſimpl. vitę christianæ cõclusione 2. & lib. 2 triũphi crucis. cap. 2.

mos impellit errores, longe amplius eos, qui chriſtiani non ſunt in eoſdem incitabit, atq; propendet. Quapropter ſi cœlum homines in errores deiicit, ac deturbat, in illos quoq; aſtrologi propenſionem habebunt. Vana igitur erit illorum aſtrologia. Stultum quippe eſt cogitare cœlum in errorem homines inclinare. Adhæc ex Chriſti fide tota chriſtiana vita proficiſcitur. Quòd ſi non eſt vera Chriſti fides, cum rectitudine maxima chriſtiana vita conſiſtat, ex eodem aſtrorum influxu, in eodem homine prodire bonum pariter, ac malum, quodq; à malo bonum proueniat, fateri oportebit. Quod certe ridiculum eſt. Atque ideo à cœlo neque fides, neq; chriſtiana religio pendet, ſed à Chriſti gratia, cui ſane cœlum minime vim confert.

Cœlum in errorem homines non inclinat.

Aſtrologorum rationum quibus ſuum errorem probant confutatio. Cap. V.

RATIONES præterea, quibus Aſtrologi nituntur nihili ſunt pendendę. Aiunt enim imprimis cœlum in hæc inferiora vi, atque efficacitate ſua agere, Deumq; inferiora corpora per cœleſtia gubernare. Quamobrem in his, veluti in cauſis effectus producendi prænoſci poſſunt. At his ſatis ſuperq; reſponſum dedimus. dum cœlum ſublunariũ cauſam cõcedimus vniuerſalem, non parti-

Videt hęc sententia Auguſtini lib. 3. de Trinitate, pro quo vide D. Tho. p. p. q 115. art. 3.

ticularem, ac ſolius vniuerſalis cauſæ inſpectione minus bene de ſingularibus coniectari poſse, tum quòd in ſingularium cauſarum cognitione, nec futuros effectus ambiguos, & indifferentes certò præſentire valeamus, quẽadmodum in ſuperioribus dilucide moſtrauimus. Verum quando aſtrologi argumentis contra ſe ſatisfacere non valent, neque canonum ſuorum, qui certe vani ſunt rationem afferre vllam, cum diſputationibus adſtricti, victique ſunt vnicum habent, ad quod recurrunt confugium, nempe experientiam, aiuntq; ita ſe reipſa comprobaſse. At ex hac illos cauerna expellere, profugoſq;, atq; conuictos vbique profligare quam facillimũ eſt. Primum, quoniam, vt in prouerbio eſt, mendacem memorem eſse oportet, at iuxta illorum theſes, principiaq; inficiari nõ poſsunt, cœli vnam conſtellationem alteri penitus cõſimilem eſse, aut futuram eſse, quouſque ad idem præciſe principium cœlum redeat, id quod multis annorũ millibus vt ipſi aſserunt continget. Quoniam, vt prędiximus octauus orbis contra primũ mobile cietur. ac proinde Zodiacum illius continuo dimoueri à primo Zodiaco, à quo ſane aſtrologi pendent. Atq; ideo planetas nunquam eũdem ſitũ per comparationem ad totum cœlum tenere, qui prius in illorum coniũctionibus tenuerunt,

Experientia aſtrolog. vnicum refugiũ.

neq; aſpectus pariter ſeruare eoſdem. Si igitur diuerſæ in cœlo ſemper exiſtunt conſtellationes, qua igitur ratione futura prænoſcere aſtrologus experimento poterit? Nam huiuſmodi ſane cognitio ex pluribus experimentis gignitur. Deceptus eſt itaque Abraham aſtrologus iudęus, putans Iouis cum Saturno coniunctionem, quæ Moſis tempore contigit, eundem noſtris temporibus parituram effectum. Reminiſci quippe poterat iſte, atq; cogitare ſecum, Iouis cum ſolo Saturno coniunctionem ad eoſdem producendos effectus, qui ſane Moſis tempore obtigerunt minus ſufficere, neceſſarium quoq; fore, ſi vera eſt aſtrologia, reliquas etiam cœli partes omnem eandem, nempe quę fuit conſtellationem concurrere, quæ certe nunquam erit, donec ad ſuum redeat cœlum principium. Si igitur vnius conſtellationis ſemel tantum periculum faciunt, quale nanq; cœli perpetuo variantis experimentum ſumere poſſunt? Hoc plane indicat falſas, prorſus, vanasq; eſſe illorum diuinandi leges & regulas. Sciſcitemur inſuper ab aſtrologis, ſi qſtra cuncta in hæc ſublunaria agunt. Si aiunt; Quale obſecro à cœlo experimentum capiunt cum è mille, nec vnum aſtrum dignoſcant, eiusq; etiã imperfectiſſimam notionem habeant? Si negant quomodo iſtud ſcire valent, cũ alterã ſi-

Primo Meth. in proemio.

Error Abrahæ iudęi.

ſine altera experiri non poſſint, ipſaq; ratio obſiſtat, quandoquidem, cum aſtra cuncta eiuſdem ſit naturæ cœleſtis, quęque in vna, eademq; lucis qualitate, figuraq; cõmunicãt, alteram actionem habere, alteram non habere dici non poteſt. Cum prætcrea natiuitatis punctum, cui ſane plurimum hęrent aſtrologi certo ſcire non valeant, vt ex ſuperioribus didicimus, quo igitur experimento comprobare huiuſmodi poſſunt? Siquidem ex ſępius iterata cognitione experimẽtũ gignitur. Demonſtratum eſt quoq; aſtrorum virtutem experimentum habere non poſſe, quanquam ſingulares in ſe virtutes contineant, atque efficacitates. Cumq; quæ ſub cœlo fiunt varietati ſubiecta ſint, ob agentium particularium diuerſitatem & materiæ, qui fieri poteſt, vt abſq; particularium agentium, & materię conſideratione huiuſmodi experimento diſcere valeant? Quemadmodum etenim ex præexpoſitis comperimus, eodem temporis momento vno in loco ſerenitatem, alibi vero pluuiam conſpicimus, atque etiam in alio ſitu calorem, in alio frigus eiuſdem etiã climatis parua intercedente diſtantia intuemur. In cœlum igitur abſque peculiaribus cauſis rerum varietatẽ referre non poſſumus, alioqui & rerum ſimilitudo ab ipſo cœlo proueniet. Oportebit itaq; ſub eadem cœli conſtel-

Stellas ſpecie inter ſe differre videtur aperte dicere D. Tho. 2. de cœlo lectio. 10.

ſtellatione homines, eumdem præcipue locũ incolentes, eaſdẽ proculdubio exercere actiones, vt ſi comedat vnus omnes pariter comedant, omneſq; inſimul laborent, ſtudeant. Cumq; diuerſæ ſint ſemper aſtrorum poſitiones, diuerſa quoq; ab illis ſemper prodibunt, quod dictu ſtultum eſt. Quapropter rerum hic contingentium, ob ſolius cœli inſpectionem experimentum haberi non poteſt. Inſuper experientia eſt rei certiſſima notitia, qua certè deficiente diuerſæ in rebus opiniones exoriuntur, quemadmodũ ruſtici, atque agricolæ in his, in quibus multo tempore experimento verſati ſunt, ipſi eorumq; maiores minime diſſident, verum eandem tenent proferuntq; ſententiam. Quod igitur in medium adducere poſſunt experimentum aſtrologi rerum illarum, de quibus adeo inter eos diſſentiunt, atque contendunt, vt tot fore ſint opiniones, quot aſtrologi, cum præſertim verum raro dicant. Cum autem aſſerunt, ob cœli, lunæ cæterorumq; planetarum varietatem, huiusmodi quoque inferiora alterationem ſuſcipere, nempe diem, & noctem, temporumq; viciſſitudines, mariſq; tempeſtatem, aut tranquillitatem, reſpondemus id ex lucis diuerſa ratione, materiæque diſpoſitione pendere. vnde videmus, quantam temporis, cæterorumque mutationem ſol efficiat, cum

Experientia certiſſima cognitio.

Aſtrologorũ tot ſentẽtiæ quot capita.

Lux temporum diuerſitatem efficit.

cum ad æſtiuum ſolſtitium accedit, vel cum ab ipſo recedit in hiemale tendens, quantaque ſit noctis, ac diei diuerſitas. Quemadmodum etiam ſi igni diuerſas adhibeas materias, in acceſsu, ac receſsu ab illo magnam certe in illis diuerſitatem inſpiceres. Et quanquam ob huiuſmodi appropinquationem, & remotionem ſolis, lunæque cæterorumque planetarum coniunctionem, oppoſitionemque lux ipſa quo ad radiorum emiſsionem, & interſectionem variatur, ob idque diuerſitas in ſublunaribus contingat effectibus, ad cognitionem nihilominus horum effectuum cœlum intueri minime ſufficit. diuerſitas nanque materiei, peculiarumque agentium coniunctio, diſpoſitioq; magis hac in re operatur, quam cœlum, quod eſt vniuerſalis cauſa efficiat. Quapropter eſtatem alteram ab altera, hiemem quoque ab altero hieme ſatis differre videmus, diuerſaque pariter in eiſdem planetarum coniunctionibus contuemur, quemadmodum prædiximus Iouis cũ Saturno pluries incidiſſe cõiunctionem, quę tamen à ſeruitute iudæos minime vindicauit. Atque idcirco philoſophi rerum naturalium cauſas inquirentes ad ſolum cœlum non aſpiciunt, ſed longe amplius proximas cauſas contemplantur. Quod & medicus obſeruat, qui quidem ſi ex

Effectuum diuerſitas magis in cauſas particulares reducẽda eſt quam in cœlum.

Philoſophi particulares cauſas contuentur.

ſolius

ſolius cœli inſpectione mederetur, nullus cer te ægrotus ab ipſo etiam peritiſſimo aſtrologo medelam caperet. Neq; etiam ipſe aſtrologus ęger ab aſtrologia, ſed à medicinę arte medicamentum ſumeret. Cum ergo aſtrologiã experimento acquiri iactant quemadmodum nauium gubernatores, paſtores ruſtici, addiſcunt, qui tempeſtates, pluuias, temporumq; bonas, malasq; affectiones prænuntiant, res eſt profecto friuola, quandoquidem id generis homines ex ſola cœli aſtrorumq; conſpectione futura minime præſentiũt, ſed peculiaria quædam intuentur, ex quibus experimẽto ea cognoſcunt, quia ſic pluries periculum fecerunt. Vt ſi per exemplum dicamus. Nauis gubernator ſæpiſſime ex cuiuſdam nubeculæ in aere apparitione, temporis mutationẽ didicit, aut vt cum ventus talis ſpirat, quibus ſane animaduerſis, aut ſtare, aut nauigare decernit, & nõ ex ſola planetarũ coniunctione. Cumq; nautæ dies aliquot ad nauigandum periculoſos prohibent, ſi rem diligentius inſpiciamus, ex occulta quadam naturæ proprietate accedente lumine, cœliq; motu, agẽtiumq; particularium, atq; materiæ diſpoſitione proficiſci inueniemus. Quemadmodũ & in humanis contuemur corporibus. Plurimi nanq; temporum diuerſitatem in ſeipſis præſentiunt, febres quoq; ſtatuta tempora ad

Ruſtici paſtores qũo futuras temporũ diſpoſitiones prænuntiant.

eorum

eorum paregiſmos habent. At hęc à ſolo cœlo minime pendent, ſed ab huius corporis proprietate, ac diſpoſitione. Atq; ideo perſicum mare cum ſole eſt in Virgine, aut in Sagittario procelloſum eſt, id quod in cæteris minus contingit. Quoniam lux ſolis in ea diſtantia ob occultam aliquam loci illius proprietatem id efficit, atq; rerum huiuſmodi & experientiam, & ſciētiam cōparare valemus. Quare philoſophus hęc conſiderans ſtatim illius cauſam inquirit, neq; ſolum cœlum vt aſtrologus cōtemplabitur, quin & proximiorem inueſtigabit cauſam, illius nempe loci proprietatem, certo ſanè ſciens, ſi ſecreta quędam vis loco illi non ineſſet, cœlum ipſum veluti cauſam vniuerſalem exiſtens effectum illum minime productum. At in his, quæ à ſuis cauſis prouenire, & non prouenire poſſunt eiuſmodi experimentum non facile ſumi poteſt, præcipue in illis, quę à libero proficiſcuntur arbitrio, multoq; minus ſi à Dei gratia, voluntateq; pendeant, ſicut ex prædictis didicimus. Igitur non aſtrologus nauis gubernator, at philoſophus naturalis experimento edoctus dicendus eſt. Atque ita ruſticus pariter, & paſtor ſolem in occidens mergi vaporibus circūſeptum cōſpiciunt, aiuntq; ſol nube contectus occidit, erit igitur tēporis aërisq; turbatio, & intemperies. Hoc etenim

Perſici maris agitationis cauſa.

Sol occidens nubibus obtectus pluuiam indicat.

ex naturali cauſa proficiſcitur. Signum nanque eſt vapores in aere eſse congeſtos, qui cũ à ſole reſoluti non fuerint vnã inuicem coacti pluuias dabunt. Noſtri horti colonus cum primum Arni fluminis murmur audiebat pluuiam prænuntiabat. In cauſa quippe erat, quoniam ventus; qui pluuias excitat murmur illud verſus hortos deferebat. Igitur non ab aſtris, ſed à peculiaribus quibuſdam cauſis iudicium illud petebant. Licet autem ruſticus in ſerendo, in lignisque cedendis lunam obſeruet, quemadmodum, & medicus in mittendo ſanguine, ac pharmaco exhibendo, iſtud tamẽ non eſt per aſtronomiam diuinare, lucis nanq; cœliq; motus varietas, vti prędiximus, ob mixtorum corporum diuerſam temperiem humores quoque varios gignit, hoc autem vniuerſalem tantum cœli efficacitatẽ arguit, & declarat. Quemadmodum & plures homines eidem igni hærentes diuerſam ab illo motionem recipiunt. Minime quidam exiſtimo. ea in naui quempiam exiſtere velle in qua aſtrologus præeſset ſi aſtrologiam tantum calleret, nec ſapiens quiſquam poſseſsionem ſuam, ſuaq; pecora aſtrologo committeret, ſi alia ſciẽtia pręter aſtrologicã pręditus non foret. Aſserunt præterea aſtrologi. quòd cũ cœlum in corpora noſtra uim exerint ſuã, hominesque vt plurimum ſenſum ſequuntur

hu-

humanas poſſe multas prænoſcere actiones. Vt ſi dicamus. Cum Mars regnat bilem in hominibus excitat, ac propterea ardeſcũt iræ potiſſimum principes, quo ſanè modo bellum prænuntiantes raro decipiuntur. O fœlix Italia, quæ tot modo perturbationibus quatitur, ſi principum medici medicamentum ad bilem purgandam aptum illis præberent, paruo ſi quidem ſumptu ab huiuſmodi calamitatibus libera eſſet, perinde ac ex ſola bilis excitatione bella oriantur, cum ex ambitione, auaritia, ſæpe etiam ex luxuria, aliiſq; de cauſis originem trahant, quandoque etiam ex ira Dei proficiſcuntur in peccatorum vltionem, populorumq; animaduerſionem, vt in ſcripturis legimus. Itaque ad bellum prænoſcendum ſola cœli inſpectio non ſufficit, verum etiam elementorum, cauſarumq; inferiorum, nec non humanorum corporum affectiones inſpicere opus eſt, quę etiam ſimul cognite veram belli notitiam afferre non poſſunt, vt quod innumeris prope modis impediri poteſt, & ex libero potiſſimum arbitrio. Huc tandem aſtrologi rediguntur, aiuntque ſi vera non eſſet aſtrologia, complures eos veritates prædicere non poſſe, cum tamen vera à ſe prænuntiata commemorent. Quibus ſane reſpondemus. Quòd ſi quæ vera ab illis pręcognita ſimul in vnum congereremus &

Mars bilem excitat apud aſtrologos.

Aſtrologi q̃ vera prænunciant.

falſa pariter, de quibus mentiti fuere, tot vtiq; falſa eſſent, vt verorum cum illis nulla fieri collatio poſſet: aſſerereq; poſſemus, non ipſos experimento futura prædicere, at nos certo reperiri per raro eos futura profari. Didicerũt profectò aſtrologi huiuſmodi eloquium illud Apollonei tẽpli. Bene dicta commemorari ſæpius; errata vero ab illo, qui errauit nunquam. Quadere, ſi aliquid ex illorum ſententia ab eis prædictum contingat, narrant prædicãt, extolluntq; ſemper, eas verò in quibus falſi ſunt, atque decepti reticent. Enimuero quicunque vel mediocri pollens ingenio multa prædicere audet, etiam abſq; aſtrologia quandoque diuinabit. Si igitur vera nonnulla pręnuntiant, caſui vtique tamen tribuendũ eſt, non ſcientiæ adſcribendum. In loquendo etiam callidi ſunt aſtrologi, vt uerbis ambiguis à falſitate ſeſe præſeruare valeant quouis rei euentu. Quo quidem modo, quis etiã aſtrologiæ imperitus futura præloqui non audebit? Illud præterea ex Auguſtino animaduertendum eſt. Demones illorum phantaſiæ miſceri, quam ad futura aliqua pręloquẽda multoties commouent, vnde illorum certitudinem quandam nanciſciſcuntur, aut coniecturam potius, cum demones rerum, quæ in eccleſia gerendę ſunt ex ſuperiorum angelorum inſtructione notitiam habeant, vtuntur ſi

Apollonei tẽpli dicterium

Aſtrologorũ diuinatio caſui tribuẽda.

Calliditas aſtrologorum.

Lib. 2. ſuper gen. ad lit.

Reuelatio facta demonib⁹ ab angelis nõ eſt per modũ illuminationis, ſed loquu

quidem

quidem Angeli illis veluti miniſtris. Quam ſane certitudinem, aut ex intellectus ſubtilitate habent, aut experimento, aut ex rebus, quę circumferuntur, accedente quoque illorum velocitate, cum de loco ad locum de repente diſcurrentes futura coniectant. Atque idcirco demones diuinatorum hominum quibus in ſuperſtitioſis, vaniſq́; ſeſe occupare intricareque delectat phantaſiæ ſe immiſcent, vt illos, quæ aut certo ſciunt, aut ex coniectura habent effari faciant, quandoque etiam eorum, quæ facere proponuntur. Sæpe etiam apertè illos alloquuntur, vnde plures aſtrologi cum demone conſuetudinem habent. Permittit autem hæc Deus, peccatis hominum ſic exigẽtibus, qui vana ſuperſtitioſaq́; quam Christi doctrinam ſectari malunt.

tionis indicit S. Th. 22.q. 172. art.5.ad 2. Licet poſſit dici illuminatio ex parte augelorum, quia ordinãt eas ad Deum nõ aũt ex parte demonum p.p.q.109.artic.4.ad 1.

D.Th.p.p.q. 57.ar.3.

D.Th.p.p.q. 53.art.3.

Vide Caiet. 22.q.95.ar.3.

Diuinatorias artes vanas, & ab Eccleſia ſancta reprobatas damnataſq́, cum ſuis auctoribus atq; ſectatoribus. Cap. VI.

QVOD autem in ſuperioribus tradidimus perſpicue patere poteſt, aſtronomicam diuinationem, quæ cunctarum ſuperſtitionum caput, & origo eſt, omnemq́; aliam inſuper artem, atque ad futura prænuntianda ſuperſtitionem inuentam vanam eſſe, penituſq́; interdictam. Vt enim in ſuperioribus decla-

Aſtronomica diuinatio ſuperſtitionis omnis caput.

D.Th. 22.q. 95. ar.5.

rauimus, futura, quæ ex cauſis naturalibus pendent, ſemper aut fere ſemper inueſtigari ſciriq; poſſunt, aut certa de illis coniectura haberi, qualem philoſophi, ac medici habẽt, ſed quæ ab iiſdem cauſis prodire, aut nõ prodire poſſunt, aut de raro prodeunt, quæque à libero arbitrio, aut mera Dei voluntate proficiſcuntur, quemadmodum myſteria gratiæ, reuelatione tantum diuina ſciri poſſunt. Quique alia via inquirere ſtudet, vanus vtiq; erit, atque ſuperſtitioſus, quandoquidem ſuæ phantaſiæ ſe demon ingerit, ſecumque aut expreſſe, aut tacite paciſcitur, vt aliquam à ſe ſui ſubtilitate ingenij cognitam veritatem illis patefaciat, vt ſic hominem ſuperſtitioni aſſuetum reddat. At quoniam Chriſtianus homo nullam cum demone ſocietatem inire neque manifeſtam, neque latentem, quin potius perpetuum hoſtem, tanquam Chriſti aduerſarium exiſtimare debet. ab omni prorſus diuinatione, ab omnique cum dæmone familiaritate cauere debet, vt nihil ab eo nec bonum accipiat, nec malum. Cuius rei exemplum ex Chriſto ſaluatore ſumere valemus, qui cũ à demone ipſum Dei Sanctum aſſerentem laudaretur moleſte tulit, illum ſubito increpans, & vt taceret imperauit, atque de corpore illo egrederetur, ſicuti apud Lucã c. 11. legitur, & in actis Apoſtolicis c. 16. de

Nõ licet habere familiaritaté cum demone, nec requirere veritatem ab eo ad cognitionem occultorum 22.q.90. art.2. & 3.& q 95.& q.96

Demon non nouerat diuinitaté Chriſto, ſed cõſicte baſ ſuſpicans.

de puella legitur à dæmone obſeſſa, quæ Paulum ſequens de ipſo, atq; Barnaba publice ille dicebat. Viros illos excelſi Dei ſeruos eiſe ſalutis viam annunciantes. ſicq; per dies aliquot perſeuerans ęgre tulit Paulus, & ad ſpiritum malignum conuerſus, præcipio inquit tibi in nomine Ieſu Chriſti, vt ex hac puella exeas, quod & factum eſt. Cuius rei gratia magnas Paulus ſubſtinuit perſequutiones ab his, qui per illā ſatis lucrabantur. Nulla igitur nobis cum dęmone ineunda eſt ſocietas, neq; de his quæ bene dicit gaudendum eſt nobis neq; verba ſua auſcultanda ſunt, etiam ſi Deum laudat. Omnia nanq; in malum refert, aut ſub boni ſpecie aliquid malū molitur. Cum igitur ſacri doctores aſſerūt, futura velle prædicere nil aliud eſſe, quam cum dæmone pactum habere aut apertum, aut ſecretum, conſequitur, omnem huiuſmodi artem, ac diuinationis modum uanum eſſe, atq; ſuperſtitioſum, aut id expreſſa dęmonis apparitione contingat, aut in ſomnis, ſomniiſq;, aut animorum à mortuis excitatione fictitia ſane, ut in loquendo mortui perſonam agat, aut humanum arripiens corpus, in quo per illius linguā loquitur, aut latentioribus aliis modis, aut per figuras, quæ in terra conſpiciuntur, aut in cœlo, aqua igne, ferro, plumbo, aut per auium garritum, cæterorumque animalium

do. Vide D. Th. 3. p. q. 29 art. 1. ad 3. & q. 41. ar. ad 1. & q. 44. ar. 1. ad 2. & q. 47. art. 1.

Licet demones poſſint facere de genere bonum, ſed nullo modo ex bona volūtate D. Th. p. p. q. 64. ar. 2. ad 5. quia liberū arbitriū eorū eſt obſti natum in malum, vt ibi dr.

Vide S. Tho. p. p. q. 89. art. 8. ad 2. & q. 117. ar. 4. ad 2. & 22. q. 95. ar. 4. ad 2.

Pro his lege D.Th. 22.q. 95.ar.3.& 4.

lium, aut ex taxillorum proiectione, aut ex punctorum ſignatione, aut ex actionum, verborumq; humanorum obſeruatione, aut ex figuris in aſtrologicis punctis in plumbo, vel in ſtamno confectis, aut quouis alio quis imaginari modo queat, res eſt dubio procul ad dęmonem, atq; infernum pertinens. Cumq; etiã naturalem modum ægrorum corporum curationis per res naturales medicinæ ſcientia accedente Deus inſtituerit, liquido conſtat, quorumdam aſtrologorum obſeruationes ex figuris in ſtamno, & plumbo ad quoſdam peragendos effectus efformatis, & eas pariter incantatorũ, qui verba effutiunt, characteresq; nõnullos obſeruant, ſchedulaſq; cũ characteribus ignotiſq; nominibus ad collum ſuſpendunt res eſſe dæmoniacas, & ab omni chriſtiano omnino fugiendas: & quanquam nonnullas proferunt orationes, omnia tamen huiuſmodi ob periculum fugienda ſunt. Sub hac etenim ſpecie, plurima alia ſuperſtitioſa obſeruantur, quæ clanculum efficiunt, vt illorum malitia minime deprehendatur. Huius autem generis viri, ac fœminæ ex ciuitatibus eiici debent, & ſi eos inſtituti non pœniteat, igne, & flãmis cohercendi ſunt. Eademque ratione notorię artis vanitas declaratur, quæ ignotis figuris, nominibuſq; ad ſciẽtiam comparandam vtitur, quę certe dęmonis figmenta

Lege S.Tho. 22.q:96.ar.4

Artis notorię abuſum declarat. D.Th. 22.q.96.articul.1.

menta ſunt inutilia, ac vana prorſus. Quare Deus ſic inſtituit, vt homo ſcientias ſtudio, atq; exercitatione acquirat, nec diuinam legem, tam in naturalibus, quam in ſupernaturalibus præterire fas eſt. Harum quippe rerum naturalis ordo, à philoſophis, medicis, ſapientibuſq; conſcriptus eſt, qui à Deo certe omnem hominem venientem in hunc mundum illuminati, colluſtratiq; ſunt. Et ſi qua res ſcripturæ ab illis non eſt demandata, non alia certe via aliter à ſapientibus inuenitur, quam præter eam, qua cætera ab iiſdem ad inuenta ſunt, neque ob id naturæ ordo præter mittitur. Supernaturalis autem ordo in ſacris ſcripturis, atque in eccleſię doctrina habetur. Quicunque igitur, aut in cognitione, aut in actione ab his regulis digreditur à dæmone decipitur, vanæq; incedit. Multa quidem alia aduerſus hanc diuinationem aſtronomicã, cæteraſq; ſuperſtitiones in medium afferri poſſunt. Sed quoniam, vt in initio libri præ diximus. Io. Picus Mirandulę Comes, in libro ſuarum diſputationum hanc vanitatem penitus eliminauit, funditusq; euertit, vlterius procedendum non videtur. Legant periti librum illum, qui ſi ſani exiſtant capitis, quam ſtultum ſit huiuſmodi ſuperſtitionem, quæ omnium aliarum caput eſt ſectari plane intelligent.

Scientiæ acquirendæ modus à Deo inſtitutus.

Qua-

Quapropter vos chriſtianos homines, huic ſuperſtitioſe vanitati aſtronomicę diuinationis operam ne vllā detis, quin & in huiuſmodi diuinatores ſæuiter animaduertere, eoſque acriter punire, ęque finibus veſtris expellere debetis. Cum autē equitare, aut quidlibet agere vultis, orationi primum intendite, Deoque vos commendetis, à quo bonum omne procedit: poſtea vero, quę veram decent ſapientiam prouidere, atque ſecundum prudentiam, quam Deus vobis donauit, & in eo ſperate, atq; ita res ueſtras abſq; peccato tranſigetis, bonoq; fine cōuiqeſcetis. Deus enim in ſe fidentes nunquam deſerit. Qui eſt benedictus, & glorioſus in ſeculorum ſecula. Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PETRI BARGÆI ERVDITISSIMI OPERIS LAVDATIO.

PETRVS Angelius Bargaus opuſculum à Hieronymo Sauonarola aduerſus Mathematicorum praditiones Italicè ſcriptum, & à Thoma Boninſignio inſigni Theologo, atq; è D. Dominici familia fratre latinitate donatum, libenter legi, non modo propter argumentum eruditè, ac ſubtiliter tractatum, ſed etiam propter orationis elegantiam: in qua quacunq; demū ſunt, qua euitari non potuerunt, quo minus barbare, ac duriuſcule dicerentur, circunfuſa omnia ſunt ea verborum luce, & Romana lingua caſtitate mollita, vt ab eruditis omnibus legi (niſi fallor) cum voluptate poſſint.

LABORATORIO
DI
RESTAURO
S. FRANCESCA ROMANA
Via del Teatro
di Marcello 32
00186 ROMA